DE SERVITUTE BABYLONICO-ASSYRIACA.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN ALMA LITERARUM UNIVERSITATE BEROLINENSI

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

UNAQUE CUM THESIBUS ADIECTIS

DIE X. M. FEBRUARII A. MDCCCLXXXXII

PUBLICE DEFENDET

BRUNO MEISSNER

GRAUDENTINUS.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT

P. ROST, DRD. PHIL.

K. SCHMIDT, DRD. PHIL.

J. LIPPERT, DR. PHIL.

LIPSIAE

TYPIS AUGUSTI PRIES.

De servitute babylonico-assyriaca.

Servitutem, quae apud omnes antiquitatis gentes tanti momenti erat, etiam apud Babylonios Assyriosque valde floruisse, ex omnibus eorum scriptis est manifestum. Quam institutionem hacce commentatione fusius tractare eo magis ex re ducetur, quod nunc eam per plus quam duorum milium spatium annorum persequi omnesque eius permutationes percipere possumus. Tota enim literatura cuneata, quae quidem semitica est, tres in aetates est dividenda, valde inter se discrepantes: quarum prima palaeobabylonica, assyriaca altera, tertia neobabylonica appellatur.

Quod ita esse, haud ita mirabile erit consideranti, quam longum spatium monumenta nobis asservata complectantur.

Sic annis vertentibus non solum linguam, normas grammaticas et praecipue terminos technicos magnas commutationes habuisse, sed etiam multas antiquioris temporis consuetudines omnino aut paene omnino abolitas esse videmus, dum novae aliae oriuntur.

Sed haec hactenus! Nunc ad servitutis descriptionem ipsam ego me convertam, quam a regis Hammurabi circiter temporibus usque ad Darium exponere mihi proposui.

I.

De servitute palaeobabylonica.

1. Cum in iure palaeobabylonico servus non homini, sed rei similis duceretur, cui neque libertas neque liberum arbitrium

esset, de eo ut de pecore dici solet semperque eius nomini determinativum *SAG* (= caput = germ. Stück) praeponitur. Qua de caussa nomen patris, quod de liberis videmus, numquam additur.

2. Servi ex indigenis aut externis proveniebant. Etenim si filius, sive adoptivus sive naturalis, in parentes graviter peccaverat, patri eum in servitutem vendere licebat (V, 25, 3, 23 ssq.; Str. Wark. 3; 102; V. A. Th. 926 = Bu. 88—5—12, 322; 210; cfr. W. Z. K. B. IV, 305). Eodem modò marito, ut iurgiosam rixaeque cupidam uxorem venderet, ius erat (Bu. 88—5—12, 21). Num vero aeris alieni caussa, ut apud Judaeos et Romanos, homo libertatem amittere potuerit, non satis constat, sed verisimile est. Praeterea captivi servorum loco habebantur atque in his eisdem temporibus imprimis servi Gutienses albidi coloris (*ardu namru šamat Gutî*) videntur fuisse vendibiles (Bu. 88—5—12, 215; V. A. Th. 1176).

3. Servi semper eodem loco remanere debebant atque domino mortuo in possessionem heredum transibant. Nec non patre vivo servus filiae dos (Bu. 88—5—12, 229, 5) aut ali propinquo dono (V. A. Th. 642) dabatur.

Cum vero fugerent atque deprehenderentur, gravis poena eos exspectabat [1]).

Quamquam domini tanta auctoritate praediti erant, servi autem legis expertes, plerumque tamen inter se familiariter vivere solebant. Serva enim simul pelex possessoris erat, cuius liberos educare ei officio erat (V. A. Th. 642). Eam cum domino non amore coniunctam esse, insolitum quoddam atque mirum habebatur (II, 35, 70 gf. ssq.) [2]).

---

1) Quod ita esse, ex epistola palaeobabylonica nondum edita (V. A. Th. 793) constat, qua Aštamar-Ramman pro hominibus *la-uḫ-ḫi-ru-ti* nominatis poenae remissionem petit, qui fugerant et capti erant (*ša iḫliḳuma iṣṣabtu*). Similem sensum in phrasi *ina panišu iḳḳur* (II, 13, 14 a b) inesse, non sine veritatis specie est. Peiseri versio huius loci „zu seiner Verfügung nimmt er ihn weg" (Z. A. III, 86) infirma est, vel de ea caussa, quod verbi *nakaru* imperfectum *ikkir* est neque in eo vis transitiva inest. Radicem נקר esse, II, 9, 54 c d. demonstrat.

2) Quamquam hoc fragmentum non seriei *ana ittišu* attribuendum esse puto (cfr. (W. Z. K. M. IV, 304), tamen certe ad tempora palaeobabylonica refert.

Servus igitur certe eodem modo liberaliter tractabatur, quoniam ut servi adoptarentur etiam eveniebat (Bu. 88—5—12, 48) [1].

4. Pretium servi illo tempore multo vilius erat quam postea. Serva enim iam $4\frac{1}{2}$ siclis emi poterat (Bu. 88—5—12, 234) et servi pretium inter 10 siclos et tertiam minae partem iactabatur (B. 51; V. A. Th. 1176).

Emtioni caerimonia adiuncta erat, qua tabula domini anterioris frangebatur (V. A. Th. 1176, 8—12) [2].

Servorum numerus antiqua in Babylone certe haud ita magnus erat. In paternae hereditatis divisione saepius unus modo servus enumeratur (Str. Wark. 26), nec plus quam quattuor adhuc in unius viri possessione inveni (Str. Wark. 44).

5. Cum autem praecipue per messes beatus Babyloniae ager multis manibus egeret, nempe ut magnus ille labor conficeretur, ex servorum penuria tum institutio admodum florebat, quae, quamquam usque ad ultima tempora remansit, multum postea de auctoritate amisit: servitus mercenaria. Quorum, si opus erat, duodecim atque plures conducebantur (V.A.Th. 783; 1075; 1104; Bu. 88—5—12, 363 etc.).

Praeterea multi erant servi mercenarii, qui in spatium semestre aut in annum erant conducti.

Merces annua sex siclis fixa erat (II, 33, 17, 18 ef; V.A.Th. 646/47), raro minor erat, non numquam usque ad $\frac{2}{3}$ siclos pro mense augebatur (V. A. Th. 770). Uno siclo prima pensione accepto reliqua pars singulis mensibus aut quotidie (K. 6074. Col. III, 10) [3]) solvebatur. Famulus ut totam mercedem in antecessum acciperet, quamquam eveniebat, tamen erat rarissimum (V. A. Th. 697).

Cum mercenarius consentiret, pecuniae loco frumentum ei dabatur, atque 250 ḲA. aequivalentum sex siclorum fuisse videntur (V. A. Th. 710). Secundum aliorum auctoritatem quotidiana merces dimidia pars modii erat (K. 6074, III, 10). Sin autem non

---

1) De conditione servorum regis Gudea temporibus cfr. inscriptionem B. Col. 7, 31 sqq. (Pl. 17), qua in dedicatione templi cuiusdam narratur:

SAL GIN NIN-A-NI MU-DA-DI-A-AN

NITA GIN-NE LUGAL-NI ZAG MU-DA-DU-A-AN

= „serva dominae aequa erat, servus latere domini ibat"; cfr. Jensen, K.B.III,40.

2) *1 SAG ardu SU-EDIN-NA*^{ki} *namram inaddinma kanikšu iḫibbi* = „unum servum terrae Subarti albidi coloris dabit et tabulam suam sigillatam franget".

3) Haec est tabula inedita, a Delitzschio A. W. 102 commemorata.

adulti erant, merces videlicet valde diminuebatur; tum enim $1^2/_3$—$2^1/_2$ sicli pro anno solvi solebant (V. A.Th. 787; 967 etc.).

In conductionis pactione dies semper statuebatur, qua tempus inciperet atque esset confectum (V. A.Th. 787; 967 etc.).

Conductori mercenarios etiam alere atque tueri opus erat, quoniam non modo cibum potionemque eis dare verum etiam vestire eos debebat (K. 6074, III, 19 ssq. cfr. Del. A.W. 102). Cum autem attingeret, ut servus in munere malum quoddam corporis nancisceretur, dominus ei damni restitutionem dabat[1]).

In actionibus mercenarii patronis fructi esse videntur, qui eorum caussam agebant (V. A. Th. 631).

Qua de re eos multo maiorem potestatem quam servos habuisse est manifestum. Hi sunt homines, quod iam determinativo (= *amêlu* = homo) semper eis praecedente indicatur.

Has notas rationisque conclusiones non nulla contractuum exempla sequi necesse est, ut ex iis proprietates grammaticae adversus assyriacas neobabyloniasque fierent dilucidae.

1.

B. 51.

1 ^{SAG}*ardu Ea-tap-pi-e MU-NI*
itti NI-NI-ella-ti
u A-ḫi-ia-a DU-NI
^{m}*Ṣi-ni-Ištar*
IN-ŠI-ŠAM
10 šiḳlu ŠAM [TIL-LA-NI]-ŠU
IN-NA-AN-LAL
GU-GAR-RA ^{SAG}*ardu*
^{m}*NI-NI-ella-ti*
^{m}*A-ḫi-ia-a DU-NI*
BA-NI-IB-GI-GI

1) Si V, 25; 4, 13 ssq. ad mercenarium refert, ut *ardu* loco *agiru* esset cacophoniae *agiru igur* evitandae caussa, vertendum est: „si homo servum (= mercenarium) conducit et is moritur aut malo quodam, aut laboris inertia, aut morbo periturus est". Si Delitzschii versio recta est, dominum servum alius domini conduxisse, cui, si fugit, a labore cedit aut morbo afficitur, damnum restituendum esset, fingi debet. Ego certe diiudicare non audeo.

maḫar NI-NI-i-ki-ša-am mâr Li-ku-a
maḫar NI-NI-i-ki-ša-am mâr Im-me-rum
maḫar Li-ku-lu-bi-iš-tum
mâr A-ap-pa-a dup-sar
DUB MULU INIM-MA-BI-MEŠ IB-RA
ITU KAN-KAN-UD-DU UD 10KAN
MU ᵐRi-im-Sin LUGAL
MULU KUR MULU ḪUL-GAL

Versio:

„Unum servum Ea-tappî nominatum a NI-NI-ellati et filio suo, Aḫia, Ṣini-Ištar emit; decem siclos praetium totum solvet. Reddendi servi caussa NI-NI-ellati et Aḫia filius eum non in ius vocabunt".

Prae NI-NI-iḳišam, filio Likua.

Prae NI-NI-iḳišam, filio Immeru.

Prae Likulu-bištum, filio Appa, scriba, qui sigillo testium signabat.

Mense Kislev, die decimo, anno regis Rim-Sin, quo hostes, mali . . . ."

Commentarius:

1. *SAG*, quod ante *ardu* rarissime deest (Str. Wark. 44), eamdem significationem quam caput (= germ. Stück) habet (v. s.). — Determinativum personale in contractibus palaeobabylonicis ex arbitrio poni aut abesse potest. — *MU-NI*, cuius loco *MU-NI-E* sive *MU-NI-IM* legitur, versio est „*ša šumišu* = nominatus".

2. Voce „*KI*" semper possessor rei venditae introducitur; quod ita esse, saepius apposito „*bêl bîti*" sive „*êḳli*" (V. A. Th. 796; 801; Bu. 88—5—12, 158 etc.) demonstratur. Ad phrasem „*itti N. X. IN-ŠI-ŠAM*" cfr. „*KI N. X. ŠU-BA-AN-TI* = *ilteḳi*)" = „a N. X. cepit" (Str. Wark. 94; V. A. Th. 701; 719; 1026 etc.) et „*KI N. X. IB-TA-UD-DU-A*" = „a N. X. conduxit" (sic! Str. Wark. 68. V. A. Th. 948; Bu. 88—5—12, 152; 158; 292; 302) *itti N. X. igur* = „a N. X. conduxit" (V. A. Th. 646 etc.). — *NI-NI* tabula V. A. Th. 974/75 synonymum vocis „*ilu*" approbatur; linea 14. enim *A-pil-NI-NI-šu* legitur, cui in interiore tabula *A-pil-ili-šu* correspondet.

6. *GIN* = *šiḳlu* iam antiquis temporibus fuisse, nunc duplicato tabulae II, 33 no. 2 (82—7—14, 864) certum est, ubi col. 3, 14.

6 GIN GUŠKIN NI-LAL-E vertitur *šiš-šit šiḳ-lu kaspi i-šaḳ-ḳal* = „sex siclos argenti dabit". Siclus tum in partes quasdam erat partitus, quae *ŠE* nominabantur. Postea de hac re nullum vestigium invenitur.

16. Ad *DUB INIM-MA-BI-MEŠ IB-RA* = ina *kunuk šîbûti ibrum* cfr. II, 9, 42 cd. et W.Z.K.M. IV, 302.

18. Subscriptio tabulae, ut saepius, non est confecta; longior est subscriptio, quae IV, 36 no. 2 (= Str. Wark. 12) edita est atque sine ullo dubio agitur de eodem facto: *MU Rim·Sin LUGAL NIN-MAḪ-E E Kiš*^*ki* (?) [1]) *TE-AN-KI-BI-DA-GI NAM-LUGAL-UN ḪEGAL-LA-KU GAL-BI BA-AN-IL* (sic?) *MULU KUR MULU ḪUL KUR-KUR-KU GAB-BI NU-GI-A* = „anno, quo Rim-Sin, rex, deae Nin-maḫ in urbe Ḳiš templum quadrae caeli terraeque . . . . erexit et contra hostes malignos pectus suum non vertit (?)."

2.

Bu. 88—5—12, 215.

3 PA 4 $^2/_3$ ḲA NI-IS GIŠ-BAR ^*an*^*Šamaš*
lib-bi $^1/_3$ *ma- na* $^2/_3$ *šiḳlu kaspi*
ana šîmi ardâni Gu-t-i^*ki*
na-am-ru-tim
itti U-ba-lam(?)*-a-bi-umê*
a-na ga-bi-e Amîl-^*an*^*Mir-ra*
mâr NI-NI-u-sa-ti
^*m*^*Arad-*^*an*^*Marduk mâr Ib-ni-*^*an*^*Marduk*
ŠU-BA-AN-TI
a-na araḫ 1^*KAN*^ *SAG ardâni Gu-ti-*[^*ki*^]
nam-ru-tim
u-ub-ba-lam ana araḫ 1KAN
u-ul u-ub-ba-lam-ma
$^1/_3$ *ma-na* $^2/_3$ *šiḳlu kaspi*
^*m*^*Arad-*^*an*^*Mir-ra mâr NI-NI-u-sa-ti*
a-na na-aš ka-ni-ki-šu
NI-LAL-E
maḫar Ilu-šu-ib-ni mâr ^*an*^*Sin-i-ri-ba-am*

---

1) cfr. 82, 8—16, 1 obv. 44 in S. A. Smith, Mis. Tex. et IV², 53, 29 d.

maḫar I-lu-nu mâr Ib-ku-ša
maḫar Be-el-šu-nu mâr Ilu-šu-ba-nu
maḫar Ib-ga-tum mâr Ta(?)-ri-bu-um
ITU NE-NE-GAR UD 6KAN
MU Am-mi-za-du-ga LUGAL-E
SIB-ZI ŠE-GA anŠamaš anMarduk
BI-DA-GI

Versio:

„204 $^2/_3$ ḲA olei, possessio dei Samas, aequivalentum $^1/_3$ minae $^2/_3$ sicli argenti, pretium servorum Gutiensium albidi coloris ab Ubalam-abi-umê praecepto Amil-Mirra, filii NI-NI-usati, Arad-Marduk, filius Ibni-Marduk accepit. Intra unum mensem servos feret; nisi tulerit, Arad-Mirra secundum tabulam suam sigillatam $^1/_3$ minam $^2/_3$ siclum solvet.

Prae Ilušu-ibni, filio Sin-eribam.

Prae Ilunu, filio Ibkušu.

Prae Belšunu, filio Ilušu-bani.

Prae Ibgatum, filio Taribum.

Mense Ab, die sexto, anno quo Amizaduga regi, pastori propitio, dei Samas et Marduk. . . . .

Commentarius.

3 PA est secundum formulam Beroliniensem, quo cum Lehmannii notae in Z.A. IV, 290 conferendae sunt, aequum est ac 200 ḲA.[1]). — *GIŠ-BAR* etiam in textibus neobabylonicis saepissime repertum (cfr. Tallqv. D. Sprache d. Contr. Nbd. 62) est ideogramma vectigalis templi annui, cuius lectio nondum nota est. Num. II, 46, 70 ef *GIŠ-BAR* = *gi*[-*nu-u*] restituendum est? Hoc loco de dei possessione adhibetur.

2. *libbi* in lingua palaeobabylonica et assyrica interdum praepositio pretii est (= *kûm;* III, 46, no. 5; 9); in neobabylonica eius loco semper „*ana*“ in usu est atque „(*ina*) *libbi*“ nihil aliud nisi „ex eo“ (germ. davon) significat.

1) Hanc tabulam non ad res neobabylonicas spectare, iam eo demonstratur, quod numeri hoc loco dati non cum neobabylonicis consentiunt; cfr. Oppert. Z.A. IV, 371. Scriptura est palaeobabylonica atque ratio indicandae mensurae in contractibus palaeobabylonicis et in hac tabula eadem est.

3. De Guti situ confer Schrader K. G.F. 271; 294 et Winckler, Unters. p. 131: „Es ist ebenso wie Suti, Aḫlami, Lulumi, eine Bezeichnung einer der meist nomadischen Völkerschaften der mesopotamischen Steppen".

6. *ana gabê* = neobabyl. *ina ḳibi* (Nbd. 33; 86; etc.).

anIM saepius in antiquis textibus complementum phoneticum *RA* additur, quo lectio viri docti Pognon *Mir-ra* vecta demonstratur; cfr. Haupt, ASKT 181, XIV et Jensen, Z.A. VI, 343 sq.

9. *ŠU-BA-AN-TI*, cuius lectio phonetica *ilteḳi* est (B. 77; K. 46, II, 24) significat „capere", „accipere ab aliquo (*itti*).

16. *ana naš kanikišu*, quod praeterea Bu. 88—5—12, 305; 549; V.A.Th. 791; 792; 1176) legitur, idem et par est atque „*ina pî kunukki* (82—7—14, 864; Col. 3, 19). *kunukku* (B. 70) et *kaniku* antiquis temporibus promiscue adhibentur.

Subscriptio huius tabulae quoque non confecta neque bene est intelligenda. Pro *BI-DA-GI* = „et" confer inscriptionem anteriorem *AN-KI-BI-DA-GI* et Brünnow C.L. 5154.

3.

V. A.Th. 646. 647 [1]).

m anRammân-šar-rum
mâr Ib-ni- anŠamaš
itti Ra-bu-ut an-Šamaš SIS-A-NI
m anRammân-i-din-nam mâr anSin-ri-me-ni
1 1   1 . . . 1
a-na ḳi-iṣ-ri ana šatti 1KAN-šu
2   1 . . 1
i-gur-šu ḳi-iṣ-ri šatti 1KAN
6 siḳlu kaspi NI-LAL-E
3 3
ri-iš ḳi-iṣ-ri-šu
1 šiḳlu kaspi ma-ḫi-ir
maḫar Nu-ur-anŠamaš mâr anSin-di-nam-i-[di-na-am?]
maḫar Arad-anSu-la-li
mâr anE-a-i-še-mu
maḫar NI-NI-i-din-nam
mâr Ilu-šu-ba-ni

1. . . . . 1 intus omissum 2. intus *i-gur-ur-šu* 3. intus *ki-zi-ir-šu*

---

1) sic! non 651, ut scripsi W.Z.K.M. IV, 302.

[4]ITU BÀRA-ZAG-GAR[4] UD 1 KAN
[5]MU . . . . KI-MU AR[5] . . . .

4. *ra-bu-tim* 5. intus est rasum.

Versio:

„Ramman-šarru, filium Ibni-Šamaš a Rabut-Samaš, fratre eius, Ramman-idinnam in annum conduxit. Mercedem annuam 6 siclos dabit. Primam pensionem unum siclum accepit.

Prae Nur-Samas, filio Sin-dinam-idinam.
Prae Arad-Sulali, filio Ea-išemu.
Prae NI-NI-idinnam, filio Ilušu-bani.
Mense Rabutu, die primo, anno . . . ."

Commentarius.

5. Voce *kiṣru* conductionem exprimi certum est (cfr. W.Z.K.M. IV, 302). Quo modo haec verbi vis ex *kaṣâru* = „ligare" facta fuerit, non est plane dilucidum. Sed opinor, *kiṣru* sicut *riksu* (ideogramma utriusque vocis *SAR* est) primum „debiti" sensum habuisse et posterius per eminentiam de debito in collocando esse adhibitum.

6. Versus quinti sextique sensu et quod in interiore tabula *1 KAN-šu* omittitur multisque aliis locis demonstratur, *KAN* hic non vim ordinalem sed cardinalem habere, quamquam in sequiore aetate numquam sic adhibetur. Et in tabulis, in vico El-Amarna inventis, *KAN* cardinaliter in usu est; cfr. Winck. 1, 13 ssq.: *inanna anâku mar šipri kî ašpurakku šattu 6 kan taktalâšu* = „quum nuntium ad te misissem, eum per 6 annos prohibuisti".

6. *agâru* maxime de servi conductione usurpatur; domum conducere est *šûṣû*, sed inter ambas voces non stricte discernuitur.

Datum huius tabulae summi valoris est; hoc enim, pronunciationem ideogrammatum mensium eisdem temporibus non eandem fuisse atque postea, demonstratur, cum Nisan mensis ideogramma *Rabuti* aequum ponatur; cfr. etiam W.Z.K.M. IV, 305, quo mensis *dûr-an Rammân* (murus Ramman) nobis occurrit [1]).

---

1) Adhuc sex nomina mensium palaeobabyloniorum reperi: *Rabutu, Zibutu, Sulunu, dûr-an Rammân, Šandutu, Siabi* (?). Sed tum etiam iam posteriores significationes in usu fuisse debent, quoniam ⊗ 116, ubi mensium ideogrammata declarantur, seriei „*ana ittišu*" attribuendum est et nomen *A-ia-rum* in contractu palaeobabylonico iam legitur. (V.A.Th. 1249.); cfr. etiam WZKM. V, 180 sqq.

4.

V. A. Th. 643.

ᵐNa-ra-am NI-NI-šu
MU-NI-IM
itti ra-ma-ni-šu
ᵐI-din-ᵃⁿIt-tum
a-na ki-iṣ-ri
a-na araḫ 6 KAN
IN-KU
KA-SAR araḫ 6 KAN
2 šiḳlu kaspi
i-li-ku
maḫar E-til-ka-ᵃⁿIB
maḫar Sin-ilu
maḫar A-ḫu-um dup-sar
ITU BARA-ZAG-GAR UD 20 KAN
MU GIŠ-GU-ZA DA E
MU-NA-AN-TI-BAR

Versio:

„Naram-NI-NI-šu nominatum servum, libero arbitrio, Idin-Ittum conductione in 6 menses conduxit. Mercedem 6 mensium 2 siclos sumet.

Prae Etilka-IB.
Prae Sin-ilu.
Prae Aḫum, scriba.
Mense Nisan, die vicesimo, anni, quo thronum . . . . . ."

Commentarius.

2. *itti ramânišu* opponitur *itti abišu* (V.A.Th. 967) et ea re „secum ipso", i. e. libero arbitrio indicare videtur.

6. *KU* = *agâru* esse ex comparatione huius cum anterione inscriptione demonstratur. *KU-MAL* = *agîru* est (cfr. Del. A.W. 102).

7. *KA-SAR* = ḳiṣru ex II, 33, 17 cf. elucet. Signum *SAR* autem non idem est atque *SAR* = arḳu (= viridis), sed huic signo aequum, quod ab Amiaud sub numero 94 tabulae suae (Tableau comparé etc. affertur; cfr. PSBA 1886, 241.

5.

V.A.Th. 967.

an Ramman-ra-bi
mar Mu-na-pi-ru-um
itti Mu-na-pi-ru-um a-bi-šu
m Arad-Sin a-ná ḳi-iṣ-ri
a-na šatti 1 KAN i-gur-šu
2 šiḳlu kaspi ki-iṣ-ri-šu
ma-ḫi-ir li-ib-ba-šu DUG-ab
ri-eš a aḫ Kisilimu i-ru-ub
araḫ Kisilimu i-ga-mar-ma uṣ-zi
il (?)-*la* (?) *-ak-ku-u-ma*
i-na i-di-šu
i-te-el-li
maḫar Sin-ma-[gir?]
mâr A-pi-il-ili
maḫar A-ia-ti-ia
mâr A-bu-tu-um
maḫar Pi-ir an Ištar mâr an UD-ZAL-a-bu
maḫar Arad an Šamaš mâr Ur-an UD-ZAL
maḫar E-ka-na-ṣir
mâr Ilu-šu-i-bi-šu
maḫar Šarru-an NIN-KAN (?)
mâr Im-me(?)*-ru-um*
MU GIŠ GU-ZA AN LUGAL-BI (?) . . . .

Versio:

„Ramman-rabi, filium Munapiru, a patre Munapiru Arad-Sin in annum conduxit. Duos siclos argenti mercedem accepit; satisfactus est. Incipiente mense Kislev introibit; mense Kislev (anni sequentis) finem habebit et exibit. Veniet (?) et conductionem linquet.

Prae Sin-magir (?), filio Apil-ili.
Prae Aiatia, filio Abutu.
Prae Pir-Ištar, filo UD-ZAL-abu.
Prae Arad-Samaš, filio Ur-UD-ZAL.
Prae Eka-naṣir, filio Ilušu-ibišu.
Prae Šarru-NIN-KAN (?), filio Immeru (?).
Anno, quo thronum dei, regis sui . . .

Commentarius.

7. *libbašu ṭâb* resp. *tub*[1]) adhibetur, si quid pecunia solutum est, ut postulata fieri non possint.

8. *irub* praesentis locum habet (= *irrub.*) Verba debilia his temporibus saepius in praesente defective scribuntur, ut a praeterito non differri possint; e. g. *uṣi* = *uṣṣi* = „exibit" (V.A.Th. 974), *itûru* = *iturru*[2]) = „non redhibitionis caussam aget" (Str. Wark 30, 30).

9. *gamâru* = finivisse et ab omnibus officiis liberum esse, ut abire liceat. (V.A.Th. 733; 757; 762; 766; 775; 842; 974 etc. cfr. W.Z.K.M. IV, 307.)

11. *idu* = „merces, conductio" iam in contractis palaeobabylonicis et in serie *ana ittišu* praeter *ḳiṣru* adhibetur. In iure neobabylonico id solum usitatum est, *ḳiṣru* numquam nobis occurrit.

12. Ut hoc loco *itéli* (I, 2 radicis עלה) etiam in legibus familiae sumericis adhibetur.

17. *UD-ZAL* deum solis orientis fuisse necesse est (idem atque Nannaru?); confer Z.A.I, 65; lectio autem ignota est. Praeterea vide, quae Jensen in W.Z.K.M. de *uddazali* disseruit. Deus *UD-ni* autem, qui in inscriptionibus vannicis legitur et a Jensen cum deo *Amani* in epistola mitannica nobis occurrente comparatus est (Z.A. VI, 70), huc certe non pertinet.

II.

De servitute assyriaca[3]).

Jam specie assyriacae tabulae a protobabylonicis valde differunt. Praecedente nota: „Sigillum N., venditoris", cui designatio de re acta addita est, sigilloque interposito[4]), verus atque proprius contractus conscribitur. Sed aliis etiam rebus nonnullae mutationes inter utrumque iuris modum intercedunt.

---

1) Semper cum ט scribitur. *ṭu* in antiquis contractibus numquam legitur.

2) Ad hanc verbi formam confer Del. A.G. p. 315.

3) Ad hoc caput cfr. Oppert et Ménant, Doc. jur. p. 139 sqq.

4) Antiquis temporibus tabellae haud alio modo quam sigillis cylindricis consignabantur, quibus praeter caelaturam haec verba inscribi solebant: „Sigillum N., filii Y., veneratoris dei Z." In contractis assyriacis adhuc non nisi impressiones annulorum aut unguium (*kûm kunukki ṣupru*) inveni.

Ex officio, quamquam servus ad id tempus „*ardu*“, serva „*amtu*“ (cuius loco interdum „*ardu*“ idem ponitur; III, 46, no. 6), numquam ideogramma *SAG* praeponitur. Sed multis iam locis praecipue in contractuum titulis designatio nova Babylone usitata *amêlu* = „servus“ et *amiltu*(?) = „serva“ et collective aut pluraliter *niši* = „homines“ sive *napšâti* = „viventes“, nobis occurrit. Qua de re servus nondum adultus *mâru*, serva parva *mârtu* (III, 46, no. 3) nominabatur.

2. Cum magnis regum assyriorum bellis feliciter gestis magna auri opumque vis Ninuam confluxisset, haud mirabile est pretium servis valde accessisse. Servus sive serva $1\frac{1}{2}$ minis venire solebat (III, 46, no. 1), sed una mina 6 siclis (III, 46, no. 5), dimidia minae parte (K. 301) aut 20 siclis [1]) servi venibant. Servum iuvenilem iam 16 siclis emere poterant (III, 49, no. 3).

Servos a dominis inter se mutari evenibat, quamquam haud ita saepe. (III, 46, no. 3.)

3. Quibus temporibus eos maxime ex captivis exterarum gentium constitisse verisimile est; multa enim nomina servorum nobis asservata non originis assyriacae sunt; cfr. *Ḥambusu*, (III, 46, no. 5), *Usi'*, *Me'sa*, *Badia* (III, 46, no. 6), *Za-li-ik-tu* (K. 301), *Bi-li-ki-tu* (K. 321) etc.

Immo vero patria de familiae libertate potestas nullo modo imminuta erat. Jam ex ea caussa, quod III, 49 no. 3 nomen patris virginis venditae affertur, eam ingenuam ortam fuisse, conicere possumus. Aliud pactum nobis traditum est (K. 321) [2]), quo vir sororem suam nulla caussa, cur id faceret, reddita ali homini vendit.

4. Et tum servis prima conditio erat loco manere. Cum dominus agros venderet, hi eo ipso in manus novi domini perveniebant (K. 333). Tamen eos et in Assyria mansuetudine

---

1) Differentia inter maximum minimumque praetium valde magna est; quae eo modo aliquantum compensatur, quod Ninuae duobus aut tribus nummorum generibus solvebatur. Et regium talentum (*ina ša šarri*; K. 327) et Carcemischense (III, 47; nos. 1; 6; 9; 10 etc.) et solitum talentum eodem tempore in usu erant. Quoniam praetii notationes, in tertio systemate factae, semper maiores sunt quam aliae, coniectura verisimilis est Carcemischense (et regium?) talentum gravioris ponderis fuisse quam solitum.

2) cfr. l. 3 sqq.: *SAL Bilikitum aḫatsu sa m Mannu-kî-Arba-ili tupišma SAL Ṣarpî-murtu* (?) *ištu* ½ *mana kaspi ilu Garga-*[*miš*] *išta pâni m Mannu-kî-Arba-ilu* [*ilḳi*].

tractatos esse constat. Non modo unam (K. 333), sed plures quoque uxores (III, 46, no. 6) ducere eis licebat et sub domino opes etiam sibi comparare poterant, quarum usus et fructus eis erat.

5. Quoniam multis Assyriorum deportationibus magnae captivorum copiae Ninuam venerant, servorum penuria, quae antiquis temporibus erat, non exstitit. Tres aut quattuor servi una in domo non raro habebantur; uno in contractu septem familiae servorum enumerantur, quae ex 27 viris, feminis liberisque constiterunt. (K. 333.)

6. Quo modo factum est, ut institutio ea adeo accepta, servorum mercenariorum, fere exstincta esset. Tamen, etiamsi in contractibus adhuc nullum eius rei vestigium invenimus, eam plane abolitam esse conicere non debemus. Haec enim in iure neobabylonico non modo retro exoritur, sed etiam vox „*agîru*", quae in syllabaris assyriacis legitur, huius institutionis memoriam non totam abolevisse demonstrat.

1.

III, 46, no. 6.

Kunukku *m Arad- an Ištar*
bêl niši tada-ni
(Sigilla.)
m U-si-ʾ 2 zikrêti-šu
SAL Si-gab-a m Bel-ḫarran-kunukki
2 mart-ut-su
napḫar 7 napšâti am. ardâni
ša m Arad- an Ištar m Si-ma-di
u-piš-ma m Si-ma-di
ina lib-bi 3 ma-na kaspi
il-ḳi kas-pu
ga-mur ta-ad-din
tu-a-ru di-e-nu
dabâbu la-a-šu
maḫar m Bêl-nûri am. tam-ḳar [1])
maḫar m Am-ia-te-ʾ-u
maḫar m Sa-an-gi-i
maḫar m Su-i-sa-a

1) cfr. Jensen Z.A. VI, 349.

maḫar ᵐ*Si-duri*
maḫar ᵐ
ina araḫ . . . . *lim-mu* ᵐ*Da-na-nu*

Versio:

„Sigillum Arad-Ištar, domini servorum, quos vendidit.

Usia et duas uxores, Mesa et Badi, Sigaba, Bel-ḫarran-kunukki cum duabus filiabus, unâ septem viventes, servos, qui sunt viro Arad-Ištar, emit (?) sumpsitque Simadi tribus minis argenti. Pecunia omnio data est. Hoc pactum irritum facere, caussam aut redhibitionem agere non est permissum.“

Sequuntur testes.

Mense . . . . , die . . . . . , Dananu eponymo.

Commentarius:

Lingua horum contractuum longe alio modo quam postea valde corrupta est, cum, ut loquuntur homines, scribant. Itaque dictio multum nobis memoriam inscriptionum regis Asurnaṣirpal affert et ita multae formae explanantur, quae alioqui intelligi non possunt.

2. *SUM-a-ni*, cuius loco K. 301 *ta-SUM-ni*, saepius *ta-da-a-ni* (III, 46 no. 7 etc.) et K. 314. *SUM-an* ponitur, verbi formam esse, ultima varia lectio docet, quamquam דנת ascriptionum aramaicarum certe substantivum est. Qua re pro ittadan (I, 2 radicis נדן) positum esse puto.

5. *mârtûtsu* legendem esse puto; forma regularis esset *mârâtišu*.

9. *ub(p?)iš* a radice רב(פ?)ש derivandum esse verisimile est; inveniuntur enim formae *ub(p)-b(p)iš* (III, 49 no. 2) et *up(b)-p(b)u-šat* (III, 49 no. 1); sed potest etiam radix אב(פ)ש cogitari, si *u*$\overset{b}{p}$*iš* loco *u*$\overset{b}{p}\overset{b}{p}$*iš* esset. Ut radix, sic ne significatio quidem plane constat. Secundum III, 49, no. 3. *SAL Belit-ḫâṣinu maratsu ša* ᵐ*Nabu-rîḫtu*[1]) *-uṣur tupišma SAL Niḫtê-šarau ina libbi 16 šiḳlu kaspi ana* ᵐ*Ṣiḫa marišu ana SAL-u-tu* (!) *talḳi* = „feminam Belit-ḫaṣinu, filiam Nabu-riḫti-uṣur, Niḫti-šarau emit (?) et pro Ṣiḫa, filio, uxorem 16 siclis sumpsit“, significatio „vendere“, ut primum opinatus sum, removetur. Cum autem in servae emp-

---

1) Comparatione cum linea prima *KAT* ideogramma *rîḫtu* (= reliquum) esse comprobatur, quod deest apud Brünnow. S.L. Confer Oppert et Ménant, Doc. jur. p. 224.

tione apud venditorem virilem non feminini forma (*tupiš*) adhibeatur, רב(פּ)שׁ nihil aliud nisi „emere“ aut aliam quandam emptoris actionem significare potest.

10. Ad „*ina libbi*“ confer, quae supra commemoravi.

13. *tuâru* ipsa quoque forma vulgaris pro *târu* est, quod in lingua optima dicitur. (Nbk. 116, 8; 122, 6). Similis est forma *muatu* pro *mûtu* (= mors), quae in epistola K. 183, 20 nobis occurrit (cfr. Del. B.A. I, 622 et Jensen, Deut. Literatz. 1891, 1450.).

14. *lâšû* = *la išû* novum verbum factum esse haud sine prababilitate Jaeger demonstravit in B.A. I, 476.

2.

III, 46, no. 1.

Kunukku ^m^ *Bêl-aḫê-šu*
mâr ^m an^ *Marduk-abu-a* ^am.^ *narkabti*(?) *šepâ*
bêl amêlûti tada-ni.

(Sigilla.)

SAL *Arba-ilu-aši-rat amtu-šu*
ša ^m an^ *Bêl-aḫê-šu up-piš-ma*
^m^ *Ki-ṣir-* ^an^ *Ašur* ^amîl^ *rab ki-ṣir mutîr pûti*
ša mâr šarri ina libbi ½ *ma-na kaspi*
ultu pâni ^m an^ *Bel-aḫê-šu il-ḳi*
amiltu šu-a-tu up-pu-šat
ṣar-pat laḳ-ḳi-at kas-pu
gam-mur ta-a-din tu-a-ru
dabâbu la-aš-šu
ina ma-te-me lu-u ^m an^ *Bel-aḫê-šu*
lu-u mârê-šu mâr-mârê-šu
ša di-e-nu id-da-bu
ultu ^m^ *Ki-ṣir-* ^an^ *Ašur*
mârê-šu ub-ta-u-ni
kaspu ana ešrâ-te a-na beli-šu
u-tar di-ni-šu dababu
la i-laḳ-ḳi

Sequuntur testes.

araḫ Šabâṭu ûm 3 KAN
lim-mu ^m^ *Sin-šar-uṣur*
piḫâtu Ḫi-in-dan

Versio:

„Sigillum Bel-aḫêšu, filii Marduk-abia, aurigae (?), venditoris servae. Arba-ilu-aširat, servam Bel-aḫêšu emit (?) Kiṣir-Ašur, summus (?) satelles (?) filii regis dimidia parte minae argenti et a Bel-aḫêšu sumpsit. Haec serva emta (?), pensa (?) sumpta est. Argentum plenum est pensum. Declaratio tollendi hoc pactum aut actio redhibitionis non sunt admissae. Si postero tempore sive Bel-aḫešu sive quis filiorum nepotumve contra Kiṣir-Ašur redhibitionis caussam agit, domino legitimo pecuniam usque ad decimam partem (?) reddet et actionis rationem non habebit."

Sequuntur testes.

Mense Šabat, die tertio, eponymo Sin-šar-uṣur, praefecto Ḫindan.

Commentarius.

3 Ad servae nomen cfr., quod Schrader in ABK. p. 171 et KGF. 73 sqq. disseruit.

2. Munus, quod linea secunda legitur, non nisi l. 34 nobis occurrit. Tituli praecedentes fidem faciunt, id loco *GIŠ-MAR* = *narkabtu* 1) esse positum.

8. In contractis assyriacis signum syllabae *TA* et *TA* = *ultu* stricte differuntur; hoc semper secundam a Delitzsch AL^3 no 100 delineatam formam, illud primam habet.

15. *id-da-bu* est forma vulgaris pro *iddabbu* = *iddabubu* = *idtabubu;* cfr. Del. A.G. 269.

18. Phrasis sensus „*ana ešrâtê utâr*", „*ana ešrâtêšu utâr*" non satis constat, quamquam *ešrâtê* = decimam partem esse certum est. Quocum si „*ana ribâtišu irabi* = „20 centesimas in singulos annos dabit" (III, 47, no. 7) comparamus, sensus hic erit, damnato summam cum 10 centesimis reddendam fuisse. In textibus neobabylonicis huius loco nota, sed ipsa quoque non certe explanata phrasis correspondet: *adî 12 TA-A-AN itanápal.*

3.

III, 49, no. 1.

Kunukku [*manDa-kan mil-ki*]
bêl niši [*tada-ni*]

1) Ad *narkabat sêpâ* cfr. Sanh. I, 67: *narkabat šêpâia ina tikkati ušašši* = vehiculum pedum meorum funibus evehi iussi.

(Sigilla.)

m I-man-nu u SAL-U . . . . .
m Mil-ki-u-ri-šu 3 napšâti
u-piš-ma m Sum-ma-ilâni
am. mu-kil SU-PA(?)-MEŠ
ša m Ḳiṣir-šarri ultu pâni
m an Da-kan-mil-ki ina libbi 3 mana kaspi
ina 1 man-e ša âlu Gar-ga-miš il-ḳi
kas-pu gam-mur ta-ad-din
niši šu-a-tu ṣar-pu laḳ-ḳi-u
tu-a-ru di-e-nu dabâbu
la-aš-šu man-nu ša ina ur-kiš
ina ma-te-ma i-zaḳ-ḳup-an-ni
igir-u-ni lu-u m an Da-kan-mil-ki
lu-u aḫê-šu lu-u mârâti-šu
lu-u mimma šum(?)-šu lu dan-nu
ša ultu pâni m Sum-ma-ilâni mârê-šu
mâr-mârê-šu di-e-nu dabâbu
ub-ta-ʾ-u-ni
[10 mana] kaspi 1 mana ḫuraṣi
ana an Ištar ša Arba-ilu ki idd-an
kas-pu a-na ešrâ-te ana bêlê-šu
utâ-ra ina dîni-šu dabâbu
la i-laḳ-ki

Sequuntur testes.

ina arah Âbu
ûm 20 KAN *lim-mu Man-nu-ki-i-an Ašur-li'*

Versio:

„Sigillum Dakan-milki, venditoris servorum.“

Imannu, U . . . . , Milki-urišu, tres viventes emit(?) Summa-ilâni, auriga Ḳiṣir-šarri, a Dakan-milki tribus minis argenti, nummorum carcemischensium et sumsit. Argentum totum pensum est. Hi servi pensi(?), sumpti sunt. Hoc pactum irritum facere aut redhibitionis actio non admissa sunt. Qui in postero tempore umquam reclamabit et repugnabit, sive Dakan-milki, sive fratres sive filius fratrum, sive aliquid(?), sive princeps(?), qui contra Summa-ilâni, filios nepotesve caussam aget, 10 minas argenti, unam minam auri deae Istar dabit, pecuniam usque ad

decimam partem dominis iustis reddet et actionis rationem non habebit.

Sequuntur testes.

Mense Ab, die vicesimo, eponymo Mannu-kî-Ašur-li'.

Commentarius:

5. Lectio *Šum-ma-ilâni* certa redditur tabula K. 296, 5, ubi legitur *mŠum (TAK)-ma-ilâni*.

6. Pro *SU-BAR* hoc loco *SU-PA* legendum esse, Jensen coniecit; sed in tabula certe *BAR* est scriptum; cfr. etiam, quae ad V, 6, 87 in K.B. disseruit. *mu-kil* ea caussa lego, quod V.A.Th. 651, 10 *mu-ki-il* invenitur.

13. *ina urkiš* iterum est deformis loquendi modus, cuius sensus formis parallelis „*ina arkat ûmê*", „*ina matema*" certa, explanatio vero grammatica non certa est. Sed hac in re constructiones *arkiš* et *ina arkat* commixtas esse puto (cfr. Schrader, ABK 288). Forma *urku* etiam in oraculis Asarhaddonis ipsis quoque non lingua bene assyriaca scriptis nobis occurrit (IV, 61, 37b. *urkiute u paniute*).

14. *zakâpu* (= erigere) et *garû*[1]) (inimicum esse) in lingua iuridica termini technici facta sunt et synonyma verborum *ragâmu, dabâbu*.

20. Hoc loco (cfr. inscriptionem praecedentem) praeter accusatoris poenam actione redhibitionis lex constituitur, ut homo condemnatus deo cuidem, scilicet ei, cuius sacerdotes in ea caussa iudicibus functi erant, magnam vim pecuniae pendere oporteret. Ad ea, quae complevi, vide III, 46, no. 5, 22 sqq.

III.

De servitute neobabylonica.[2])

Nova in Babylone servi voce *kallu*[3]) fem. *kallatu* nominari solebant, quod vocabulum, quod quidem video, non nisi in litera-

1) Ita legi necesse est; cfr. Brünnow. S.L. 1390. Locis III, 46, no. 10, 16 „i" ideogrammati praepositum est, ut u- *GUR* = utâr.

2) Quoniam forma contractuum neobabylonicorum satis nota est, iam loci compendii caussa, hic eadem ratione utor qua in disputatione „Neubabylon. Wohnungsmietsverhältnisse in W.Z.K.M. IV, 113sqq. edita, ut argumentationes inscriptionum post ea, quae proposui, afferam.

3) Ita legendum esse varia scriptio *gal-lu* et *kal-la-tu* (Nbd. 25, 3, 9),

tura neobabylonica legitur. Antiqua voce „*ardu*" sola rarissime utuntur (Nbd. 738, 1 *amêl ardu*), saepius in prisca coniunctione *arad-šarri* etc. Haud saepius *amtu* = „serva" legitur (Nbd. 54.). Collective aut pluraliter plerumque „*amêlûtu*" dicunt, sed etiam „*niši bîti*" nominantur. Toti servorum familiae nomen „*kimtu*" erat, quam vocem semper distinctio „*nišûtu u salâtu*" (pass.) = „famuli et famulae" sequitur.

Jam extrinsecus servi a liberis interdum discreti esse videntur, eo quod signum eis impressum erat; cfr. Camb. 291: *SAL Tabannu ina ḫud libbišu* *m Nergal- apli-[-iddin?] uṣṣuru ša uznâšu .... u (?) puṣû ina enišu u* *m Nabu-alḳa (?)- dabibi (?) uṣṣuru napḫar 2 amêlûtum ana 3 mana kaspi ana* *m Itti-Marduk-balaṭu ana šîmi gamrutu taddin* = „Tabannu duos servos, Nergal-pal-iddin(?) notis signatum in auribus et ..... in oculis, et Nabu-alḳa-dabibi (?), notis signatum, viro Itti-Marduk-balaṭu tribus minis, pretio completo, dedit". Idem spectare videtur Cyr. 281: *m Nergal-eṭir-Šamaš am.širiḳ an Šamaš ša* *m Marduk-šum-iddin am.šangu Sippar ina bit ûrê (?) simerê parzilli iddûšu* l. 7: *m Marduk-šum-iddin am.šangu Sippar iššima simerê parzilli ipṭuršu kî* *m Bêl-eṭir-Šamaš ana ašar šanamma ittalka* *m Bêl-dînim-epuš dullu ša* *m Bêl-eṭir-Šamaš ana dullušu ippuš* = „Marduk-etir-Samas, ... dei Samas, cui Marduk-šum-iddin, sacerdos Sippar in domo .... vincula ferrea imposuit. l. 7. Marduk-šum-iddin, sacerdos Sippar, solvit et fregit vincula ferrea. Si Bel-eṭir-Šamaš fugit (v. i.), Bel-dini-epuš laborem Bel-eṭir-Šamaš cum suo labore conficiet."

2. Praeter hanc magnam servorum copiam plura genera aliorum enumerantur, qui nomine atque conditione ab eis erant distincti. [1])

tum autem K. 479, 11 *ḳa-al-la* (cfr. Z.A. IV, 70) demonstrat. Quae vox certe radice cum *ḳallu* (II, 36, 40), synonymo vocabulorum [*ṣi-iḫ*]*-ru, lakû*, etc. (cfr. II, 27, 66) cognata est; cfr. etiam Delitzsch, BA I, 244; Zehnpfund BA I, 526.

1) Sequiore tempore saepius servorum nominibus haec adhuc obscura adduntur: *ḳallašu ša ritti šumêlišu ana šûmi ša SAL Meškitum aššatišu šaṭratum* = servum cuius sinistra tabula nomine Meskitu, uxoris, scripta est (PSBA 1884, 102) et *amatsunu ša kam* (= *ḳan?*) *duppi imittišu ana šûmi ša SAL Ina-Esagil-lilbir šaṭrat* = servam eorum, cuius dextera tabula nomine Ina-Esagìl-lilbir scripta est. (PSBA 1883, 104.)

Ordo quidam servorum templi, quibus nomen „*arád ekálli*“ erat (Nbd. 784; 804; 981; 1003; Camb. 202 etc.) non parvae erat auctoritatis. Qui paene sui iuris erant, vectigalia templi acceperunt famulosque templi ministerio conduxerunt etc.

Ad hoc servi regales, qui *arad šarri* sive *sipiru*[1]) (Nbd. 44; 184; Nbd. 217; 297; Cyr. 577; 281; Camb. 344 etc.) nominabantur, insignem locum occupabant. Ingenui ipsi hoc servitium obierunt (Nbk. 352) et saepius eos magnam rem familiarem habuisse (Nbd. 270) aut praeterea negotium gessisse (Cyr. 325) nobis traditum est. Servi filiorum regis eodem modo habebantur[2]).

A.

De servorum origine.

Servi magna ex parte Babylone ipsa oriundi erant. Quod ita esse, iam nomina bene semitica demonstrant, quae multis eorum sunt. Praeter eos, qui servi nati sunt, magna erat copia, quae ingenue nata aliqua ex caussa libertatem amiserat. Ingenuos natos fuisse eos conicere debemus, quorum pater[3]) additur e. g. Nbk. 382, 1: *m Sin-mâr-šarri-uṣur mâršu ša m Pusia am. ḳalla.*

Quoniam patria potestas ad id tempus erat infinita, evenit, ut parentes liberos venderent; Nbk. 70: *m Adi'-ilu mâršu ša m Nabu-zêr-iddin u SAL Ḫuliti aššatišu m Marduka mârašunu ana šîmi ḫariṣ ana m Šulâ mâršu ša m Zer-ukîn iddin* = „Adi-ilu et Ḫuliti, uxor eius, filium Marduka praetio constituto (?) Šulae vendiderunt.“ Et contractus confractus Nbd. 625 ad venditionem liberorum adoptivorum spectat: *SAL Damḳa ina ḫud libbišu duppu marûtu ša [SAL] Śala-bêlit u SAL Zamama-iddin* . . . . = Damḳa sua sponte libellum adoptionis Sala-belit et Zamama-iddin . . . . . [fregit].“

1) Sed interdum homines non regiae stirpis *sipiri* habuisse videntur; cfr. ZA. III, 135. l. 8.

2) Qua re nomina quorundam filiorum regum cognoscimus: Cyr. 325, 6: ***Kambuzia***; Nbk. 381, 2: ***Mušêzib-Marduk***, *mâr šârri*; 382, 2: ***Marduk-nadin-aḫi***, *mâr šarri.*

3) Cum avus nullo loco apud servos addatur, „*la*“ quod Strassmaier Nbk. 389, 3 post ***amil GAL*** supplet, non rectum esse potest; sed hic ***amil rab*** . . . . legendum est. Nbk. 201, 1 mater servi legitur (*m Itti-Nabû-pânia mâršu ša SAL Ubartum*); sed, num ex ea re de servi origine coniecturam facere debeamus, non certum est.

Libertatis amissio aeris alieni caussa ipsa quoque haud ignota fuisse videtur; traditur enim tabula quadam (Nbk. 311), hominem fratrem minorem pignori dedisse: *m Taḳîš-Gula aḫušu* (?) *ḳuṭṭînu maškanu ša m Nabu-ibaši mâršu ša m Bêl-abu-uṣur u m Bêl-iddin maršu ša m Pâni-ilusu* = „Taḳiš-Gula, frater minor eius, pignus est Nabu-ibaši et Bel-iddin." Quod si evenit, etiam accidisse, ut homo se ipsum alicui oppigneraret, conicere possumus; debitor autem libertatem amisit, nisi iusto tempore aes alienum solvit. Multo maiorem numerum servorum exterorum fuisse certum est, qui Babylonem importabantur. E. g. nomen Nbd. 700, 2: *SAL AN Aš-ka-'-i-ti-kam* certe non est babylonicum, nomen iam ab Oppert recte lectum Bariki-ilu hebraico ברכאל correspondet, nominaque Kardara, Patiza (Camb. 384) originis persicae sunt.

Sed saepe servos non ex Babylonia oriundos fuisse constat, etiamsi vere nomina babylonica habent. Cuius facti clarissimum exemplum est Camb. 334, qua in inscriptione femina aegyptiaca nomen [1]) Nanâ-ittia habet: *m Iddin-Nabû mâršu ša m Mušêzib-Bêl ina ḫud libbišu SAL Nanâ-ittia ḳallatsu u mâratsu 3 arḫê mât Miṣir'itum ina ḫubut ḳastišu ana 2 mana kaspi ana šîmi gamrûtu ana m Itti-Marduk-balâṭu* [2]) *mâršu ša m Nabû-aḫê-iddin mâr m Egibi iddin* = „Iddin-Nabu sua sponte servam suam Nanâ-itta et filiam trium mensium, Aegyptiacam ex praeda belli, duabus minis praetio pleno viro Itti-Marduk-balaṭu vendidit."

Servorum exterorum nomina praesertim longitate et mira ratione praeter caetera eminent, e. g. Nabû-rêmu-šukun (Camb. 428), Lûmur-dumḳi-Bel, Sinûnu, Banîtum-supê-muḫḫur, Bau-magari-alsiš (Nbd. 508), Alâkšu-lûmur (Nbd. 40; 42), Nabû-nakuttum (?)-taplusi (L. 104).

Vita communi autem haec longa et prolixa nomina contrahi

1) cfr. etiam contractum assyriacum III, 48 no. 3: *m Ṣilli-Ašur amil aba amil Miṣirai.*

2) *balaṭu* hoc loco perperam a scriba est omissum.

3) Quod pactum ex ea caussa commemoratione dignum est, quod etiam copias babylonias Aegypti expugnationi interfuisse demonstrat. Scriptum est mense octobri 524 a. Chr. (cfr., quae Strassmaier de chronologia huius temporis in praefatione libri Inschriften von Cambyses p. VIII acute disseruit). Si, quod iure facere possumus, puellam trium mensium filiam Iddina-Nabu fuisse ponamus, praedam Aegypto expugnata distributam esse coniciendum est, anno 525, quod datum cum chronologia aegyptiaca consentit.

solebant; cfr. Nbd. 697, 1: *m Rîmanni-Bêl ḳallašu ša m Rêmut šunšu imbû* = „servum suum Rîmanni-Bel, quem Remut vocant.“ [1])

B.

De venditione servorum.

Contra usum antiquioris temporis nova Babylone servorum venditiones saepissime fiebant neque raro servi, qui modo erant emti, eodem mense iam alienati sunt (Nbd. 40, 42.). Praetium, si quod Assyrii pendere solebant comparamus, non ita magnum erat. Servus iam $^1/_2$ mina nonnullisque siclis argenti emi poterat (Nbd. 635; 680); meliores $^2/_3$ minam et quinque siclos (Nbd. 270, etc.) constabant; solitum pretium inter $^5/_6$ minam et 58 siclos iactabatur. Interdum usque ad $1^1/_3$ minam (Nbd. 129) et magis augebatur. (Nbd. 1044.) [2])

Servae vix minoris stabant. Quamquam servae quaedam non magis quam $^1/_3$ mina constiterunt (L. 152), aliae una mina emuntur atque pluris (Nbd. 243; 273.). Sin liberi parvuli secum ferunt, praetium valde minuitur, quod domino eos alere et educare officium erat. Serva Saḫna cum filia, tres annos agente (*SAL Nanâ-bani mârtušu* [3]) *ṣaḫirtum mârtum* [4]) *3 šanâti*) modo $^1/_2$ mina 5 siclis venibat (Nbk. 100), alia autem, quae filiam et infantem lactantem secum habebat (*mârušu ša êlî tilû*) [5]) una mina. (Nbd. 832.) Sin liberi iam adulti erant, ut emptor ex eorum labore brevi lucrum faceret, praetium iam multo erat

---

1) Ad nominum propriorum contractiones cfr. Peiser. Bab. Vert. 228, Anm. Praeterea nomina duplicia nobis occurunt e. g. Z. A. III, 135 (ex undecimo Demetrii anno) l. 6. *SAL Si(?)-ik .... ša šumušu (!) šanû SAL Ribâ aššatu ša m Marduk-šum-iddin.*

2) Nbk. 37, 6: ½ *siḳlu 6 ḪI(?)*, quid sibi velit, interpretari non possum. Num *ḪI* loco *ŚE* sit, quod partem sicli antiquis temporibus fuisse supra memoravi, valde dubium est.

3) Suffixum masculinum apud *mârtušu ša* semper ponitur; fortasse, quod haec generis differentia scribis ipsis erat odiosa, saepius eius loco sum. *mârtu-A-NI* legitur; cfr. Tallquist. p. 6.

4) = בֶּן שָׁנָה; adhibetur etiam: *ša 6 šanâtišu* (Nbk. 693.).

5) Ea significatione variatur *ša êlî tulû* (Nbk. 67) et *SAL Belit-re'ûa mâratsunu ša sizib* (Camb. 365, 2). Quibus rebus, quo die Babylonii filiis nomen dare solerent, fortasse conici potest. Puer lactans, qui Nbd. 832 et Nbk. 67 commemoratur, nondum habet nomen eodemque modo filia trium mensium, quae servae Nanâ-ittia (v. s.) erat. Sed non modo filiae tres

maior; in contractu Nbd. 248 serva cum filio decem annorum minas fert. Liberi et senes non libenter emi solebant; tamen id quoque accidit. Secundum Nbd. 196 puella 4 annorum (*SAL Nubtâ ḳallatsu ṣaḫirtu mârat 4 šanâti*) 19 siclis, alio contractu puella 6 annos nata (*SAL Nanâ-silim ḳallatsunu ṣaḫirtu ša 6 šanâti-šu*) 17 siclis (Nbd. 693) venibat, dum Bel-silim senex (*ḳallašu amšîbi*) $^1/_3$ mina 2 siclis alienatur (Nbd. 300).

Hoc modo res se habebant, donec Babylone capta et praesertim Cambysis et Darii temporibus praetium valde augebetur; nec dici potest, qua caussa res ita se mutaverint.[1])

Servus non minoris quam 1 mina constabat (Camb. 15) neque raro 1 $^1/_2$ minae solvi debebant (Camb. 290.). Et maioris etiam servae aestimabantur. Minimum adhuc notum praetium est 1 mina 25 sicli[2]) (Camb. 143), sed usque ad 2 minas 15 siclos augebatur (Peis. B.V. 40 ex Darii regno), et Camb. 362 pro 3 servis immensa pecunia 7 minarum 56 siclorum solvitur.

Etiam feminae cum liberis libenter sumuntur et magni venibant. Serva quaedam cum libero trium mensium duabus minis constabat (Camb. 334), alia, quae duas filias secum habebat, 2 $^2/_3$ minis venibat (Camb. 309; 388), dum alia mater cum filio adulto 3 $^1/_2$ minis emitur. (Peis. B.V. 34; ex regno Cambysis.)

Quae mutatio adhuc mihi, ut iam dixi, obscura est, praesertim cum aliis in partibus commercii neobabylonici idem non occurrat[3]).

---

annos natae (Nbk. 100), verum etiam *Bêlit-re'ûa ša elî šizib* nomen iam inditum est. Quoniam non multo longius quam per unum annum liberis matres mammam dedisse opinari possumus, diem, quo nomen dabatur, cum primo die natali concidisse verisimile est.

1) Ea re, quae Kohler-Peiser in libro „Aus dem babyl. Rechtsleben" p. 5. iudicarunt, corrigenda sunt.

2) Scribitur *1 ma-na* $^1/_3$ *5 ma-na kaspi.*

3) Praetium locationis e. g. Cambysis et Darii temporibus idem erat quam antea. Praetium inter 5 siclos (Camb. 97) et 1 minam 10 siclos (Camb. 147) per annum iactatur, $^1/_3$ mina sicli et tum solvi solebant (Camb. 117; Peis. B.V. 50; V.A.Th. 447); cfr., quae in W.Z.K.M. IV, 113 sqq. sunt disputata. Huic commentationi nunc hoc addo: 1) phrasi „*ṣabâtu batḳa*" (l. c. 124) „fissuram claudere" exprimi, nunc demonstratur. Camb. 415, 1: *3 mašîḫu labiru 15 kibsu labîru ana pişû u ṣabât batḳa ana* *man* *ḪAR-šimanni nadna* = „tres antiqui modii, tres antiqui kibsu (versio Zehnpfundii „Schlinge" hoc loco non probabilis fit; „sella" = כבשׁא multo est probabilior) ad poliendum et claudendum fissuras viro *ḪAR-šimânni* dati sunt. 2) *nûptu* (l. c. 127), cuius loco Camb. 117, 8 falsa scriptio *nu-um-tu* nobis

2. Pacta servorum venditionis hoc modo conscribi solebant (Nbd. 336, 1 sqq.): *m Nabu-ereš u m Nabu-šum-iškun mârâni ša m Tabnêa mâr m Aḫu-bani ina ḫud*[1]) *libbišunu m Nabu-aḫi-rîmanni am. kallašunu am. MU ana 55 šiḳlu kaspi ana šîmi ḫariṣ*[2]) *ana SAL Ṭâbtum mâratsu ša m Lâbaši mâr m Nabaia iddin put am. siḫi am pakirânu am. arad-šarruti u am. mârbanûtu ša ina muḫḫi m Nabu-aḫi-rîmanni ellâ*[3]) *m Nabu-ereš u m Nab-šum-iškun našû*[4]) = „Nabu-ereš et Nabu-šum-iškun, filii Tabnêa, sua sponte Nabu-aḫi-rimanni, servum, ... , 55 siclis argenti praetio constituto (?) feminae Ṭâbtu vendiderunt. Fideiussio, si quis intercedit et pactum irritare vult, aut si servus famulum regis aut ingenuum esse contendit, viris Nabu-ereš et Nabu-šum-iškun est imposita."

Commentarius:

Ad *ina ḫud libbi* cfr., quae Lehmann in Z.A. IV, 291 disputavit.

Servi venire solebant sive *ana šîmi(šu) gamrutu*[5]) sive *ana šîmi ḫariṣ(u)*. Hoc usu fortasse contrario, phrases „praetium plenum" et „pensionem" vertendas esse Peiser coniecit. Sed praeterquam quod constructio grammatica valde dubia est, huic versioni ea res est adversa, quod interdum, quamquam phrasi *ana šîmi ḫariṣ* scribae utuntur, tamen praetium statim solvitur. (Peis. B.V. 34; Camb. 15; 287.) Praeterea in textu Camb. 307 apud „*ana šîmi gamrutu*" supervacaneum et inutile esset, ut

occurrit, latius patet. Hanc vocem „portionem extraordinariam", „beneficium extraordinariam" significare, contractus Cyr. 188 ostendit, quo debitori praeter summam debitam pecudem die solvendi reddendum esse beneficium extraordinarium narratur: ***ištên LU-NITA ša 4 šiḳlu ubbalu nuptum ana m Pir-Samaš*** (secundum C. 2 ita legendum) ***inamdin*** = „unam pecudem, quae 4 siclis constat, beneficium extraordinarium viro Pir-Samaš dabit." Itaque ***nûptu inâpu*** vertendum est: „beneficium extraordinarium dabit."

1) sive ***migir***.

2) resp. ***ana Šîmi gamrûtu***.

3) sive ***ib(b)aši*** aut modo „***ša***" (Nbk. 346.)

4) sive ***naṣir*** (Nbk. 40, 11.)

5) ***ana šîmišu gamirti*** raro invenitur (Nbd. 293, 3) haec est constructio ad sensum, qua verborum genera non congruunt. (Del. A.G. § 122, 3.) *šîmu gamru* paene non nisi in iure palaeobabylonica legitur (H. 13. 50 sqq. ed., etc.).

addatur, pecuniam statim pensatam esse (*kaspu 3 mana šîmu amêlûtu ina ḳâtâ SAL Esaggil-râmat êṭir*). Praeterea ex inscriptionibus Camb. 143 et 144 [1]) elucet, non semper servo *ana šîmi gamrutu* emto pecuniam statim fuisse solvendam; emptor enim se reliquum duobus diebus redditurum esse se obligat: $^1/_2$ *mana 7 šiḳlu kaspi riḫi šîmi SAL Miṣâtum ša m Itti-Marduk-balaṭu ša ina muḫḫi m Marduk* [2])-*aḫi-uṣur ûmu 26 KAN ša araḫ Adaru inamdin* = „dimidiam partem minae 7 siclos, reliquum praetii servae Miṣâtu, quod Marduk-aḫi-uṣur viro Itti-Marduk-balaṭu debet, die 26-o mensis Adar solvet.“ Pactum est datum die vicesimo quarto eiusdem mensis.

Quoniam *ḫaraṣu* significationem „constituendi et inquirendi“ [3]) habet, haec phrasis vertenda est „praetio, quod est constitutum“ (Ṣifa), et quod *šîmu gamrutu* notio latior esse videtur, ea voce sumptus etiam iudiciarios inclusos fuisse verisimile est; cfr. etiam *kî pî atri*, quod apud domorum venditiones adhibetur. Qua re has expressiones simili modo quam nostra „netto“ et „brutto“ inter se distulisse puto.

pûtu [4]), cuius lectio inscriptione Camb. 309 *pu-u-tu*, *pu-u-tù* (pass.) et *pu-ut-ti* (Nbk. 70) contra *pudu* et *puṭu* certa est, „debitum, satisdationem“ significare, nunc demonstratur inscriptione in thesauro inscriptionum semiticarum (pars II tom I, 66 sqq. no. 65) edita, qua textum babylonicum *pût (êru) dûdu man-nu-ad-du(?) eru dûdu m Kî-Šamaš u m Šamaš-iddin naš u* = „satisdationem craterae aeneae et . . . . . . craterae Ki-Samaš et Samaš-iddin ferunt“ adscriptio aramaica sequitur: ערבא זי קדם כישרש = „cautio, quae coram Ki-Samaš.“

Phrasis sequens ab Opperto iam longum paene recte est versa, quamquam Peiser id rectum esse dubitat. Prima pars, quid

---

1) cfr. praeterea L. 19.

2) Scribitur *an SILIG-MULU-ḪI*.

3) cfr. Zehnpfund B.A. I, 502 et Boissier, Recherches p. 25. Praeterea vide IV^2, 45, 39 b, K. 647, 39 (= Texts 4), K. 10. (= Texts 6): *m Iḳiša-apil ša ana ekalli ašpura ṭenšunu ḫariṣ ina ekalli liš'alšu* = „Ikiša-apil, quam ad palatium misi, eorum consilium exploravit. In palatio quaeratur“; et IV^2, 46, 14 c: *kî šarru bêla ḫarâṣu ša dibbi agâ ṣibû* = si rex, dominus meus, hoc verbum inquirere vult; cfr. etiam Strassmaier A.V. 3231.

4) Ab ea radice *BU-da Pl* et *BU-da-ni*, quae *giddani* legenda sunt, segreganda esse, Peiser B.V. 145/6 probabile reddidit.

sibi velit, inscriptione Cyr. 310 demonstratur, qua in vendenda navi (*elippu ša burru rapšu*) eo loco, quo actiones redhibitionis cavendas moneri solent, legitur l. 6: *put am.siḫi* [1]) *ša ina muḫḫi elippi il[la'] m Nabu-šar-usur naš[i]* = „satisdationem, si quis hoc pactum irritum reddit, habet Nabu-šar-uṣur". Quare cognoscimus *siḫi et pakirânu* non ad servos esse referendos, sed ad virum, cui aliquid iuris adversus eos erat. Posteriores autem constitutiones ad postulata spectant, quae servi faciunt. *Arad šarri* magni aestimatum fuisse, iam supra vidimus. Vocis *arad šarrûtu* loco legitur Nbk. 201, 8 „*sipru*" i. e. munus virorum, qui *sipiru* nomen habent et saepius regem sive regis filium comitantes commemorantur. Si servae venibant, haud raro eius loco *amat-šarrûtu* ponitur.

marbanû Oppert ingenuum, Peiser filium adoptivum indicare contendit. Sed haec sunt adversaria eis, quae Peiser disseruit:

1. Locus in inscriptione Asurbanipal (III, 31, 82sqq.): *m Kudurru m Parû mârâni m Ummanaldaše šarri âlik pâni m Urtaki u 60 zir šarri ina la mêni ṣâbê kašti mârê bânê* [2]) *ša mat Elamti ša lâpân dâki m Teumman aḫi abišunu innabtûnimma iṣbatu šêpâ šarrûtia* = „Kudurru, Parû, filii Ummanaldaš, praecessoris Urtaki, 60 filii regis, milites arcus, sine numero, ingenui terrae Elam, qui timentes, ne ipsos occideret Teumman, patruus eorum, fugerant, pedes regii mei ceperunt."

2. Locus quidam in narratione captae urbis Irgidi (K. 10 = Texts. 6): *ana âlu Irgidi âlušû 2 KASGAL-GID kakkar ana aḫuate* [3]) *ša âlu Šušan kî itbû m Amalatin am. nasiku ša am. ia-ši-an (?) 2 aḫêšu 3 aḫê abišu 2 mârê aḫišu m Dalan mâr m Adiadi' u 200 am. mârbanê ša âli idduku* = „cum ad urbem Irgidi, quae" duobis horis viae . . . . Susa . . . erat sita, venissent, Amalatin, principem viri iašian(?), fratres duos, patruos tres, duos filios fratris, Dalan, filium Adiadi' et ducentos cives ingenuos necaverunt."

3. Beh. 22sqq.: *ina ṣilli ša an Urimizda [adâk âm 10 KAN araḫ . . . . itti iṣi amêlûti m Gumata] agâšu magušu u am. mâr-*

---

1) Quod *amîl* apud *siḫi* poni aut omitti potest, aut *siḫi* formam participialem esse (quae *séḫi* legenda esset) aut eos locos, quibus deest, corruptos esse censere debemus.

2) cfr. ad eum locum Jensen, K.B. II.

3) cfr. Del. A.W. 275.

banê ša ittišu = „in umbra Urimizda die decimo mensis .... necavi cum paucis hominibus eum Gumata magum et ingenuos, qui cum eo erant."

4. Camb. 321; 329 prae *marbanû* actio inter servum et ingenuum diiudicatur neque filios adoptivos hoc munere functos esse coniciendum est, praesertim cum et alio ex loco actioni iuridicae, quam servus habet, ingenuos adesse debere sciamus, ut legitima fiat (v. i.). Quare Opperti versio „ingenuus" certa est. [1])

Hoc modo pacta venditionis conscribi solebant; sed parvae quaedam mutationes nobis occurrunt. (cfr. Nbd. 194; Nbk. 62; Peis. B. V. 73.) Quaedam novae constitutiones in Nbk. 346, 8 inveniuntur: *pût ḫiliḳu u mitûtu ša* ^{m}*Bariki-ilu adî-duppi ana duppi* ^{m}*Pir'u u* ^{SAL}*Gagâ našû* = „satisdatio, si Bariki-ili fugit aut moritur, a Pir'u et Gagâ (i. e. venditores) secundum utrumque pactum [2]) (scil. emptoris et venditoris) solvenda est. [3])

Mirum et vix credibile autem est, quod Camb. 388 legitur, venditori omni pecunia accepta tamen negotium irritum facere licuisse, si voluit; l. 10: *ûmu ša* ^{SAL}*Ḫabaṣiru mâr šipri ana* ^{m}*Itti-Marduk-balaṭu išáparu amêluttu ana mâr šipri ša* ^{SAL}*Ḫabaṣiru ina Babili inadin amêluttu ša ina libbi mitûtu aldata ša* ^{SAL}*Ḫabaṣiru* = „si Ḫabaṣiru nuntium ad Itti-Marduk-balaṭu mittit, servos nuntio Ḫabaṣiri Babylone dabit. Si quis moritur aut quaedam parit, hoc Ḫabaṣiri est."

---

1) cfr. etiam Cyr. 332, 23: *damkiûtu u mârbanûtu.* In texto alias quoque falsas scriptiones ostendente Peis. B. V. 35 (cfr. *si-ḫu-i* = *si-ḫi-i*) *mar-u-tu* in *mar-ban-u-tu* corrigendum est, et Peis. B.V. 71, 8 pro *ban-mar-u-tu mar-ban-u-tu* legi debet.

2) Ad phrasis „*adî duppi ana duppu* sensum cognoscendum cfr. Nbk. 207, 10: ^{m}*Šapik-zêr* ^{m}*Nabu-ukîn-apli adî duppi ana duppî put našû* = Šapik-zer et Nabu-ukin-apli cum tabula pro tabula (i. e. secundum utramque tabulam) praestant."

3) Kohler et Peiser (Aus dem babyl. Rechtsleben, 5—6), qui Bariki-ilu fugientem venisse putant, vel ea de caussa non recte diiudicasse censeo, quod Babylonii *put* . . . *našû* non nisi de tempore futuro utuntur. Praetium parvum (sed praetium, quod secundum Peiser solvi solebat, maius est; v. s.) ex ea caussa esse potest, quod servus tum admodum invenis erat; vixit enim nepotis etiam huius domini temporibus. (Nbd. 1113.)

Non bene cognosci potest contractus non plane asservatus, qui L. 19 est editus; sed fere in eo frater fratrem decepisse videtur, qui servam fratris eo non praesente ali viro vendit: *^{SAL}Mi-ṣâtum ḳallat ša ^{m}Itti-Marduk-balâṭu mâršu ša ^{m}Nabu-aḫi-iddin mâr ^{m}Egibi ša ^{m}Iddin-Nabu mâršu ša ^{m}Nabu-aḫi-iddin mâr ^{m}Egibi ina puzri ana 1 $^{1}/_{3}$ mana 5 šiḳlu kaspi ana ^{m}Marduk-aḫi-uṣur mâršu ša ^{m}Silâ ina lâ ḳiribi ša ^{m}Itti-Marduk-balaṭu iddinma u'iltim(?) ina šûmi ša ^{m}Itti-Marduk-balâṭu i'ilu* = „Miṣatu, serva Itti-Marduk-balaṭu, quam Iddin-Nabu, frater eius 1 $^{1}/_{3}$ minis 5 siclis viro Marduk-aḫi-uṣur clam vendidit, dum Itti-Marduk-balaṭu non adest. Sed tabula in nomine Itti-Marduk-balaṭu scripta est.“

3. Pro his praetiis non ita parvis, quibus servi emi solebant, emptores non semper totam pecuniam secum habuisse non mirabile est; tum singulis pensationibus debita solverunt; L. 104, 1 sqq.: *ina 50 šiḳlu kaspi ša ^{m}Nabu-nakuttum(?)-taplusi ḳalla ša ^{m}Bêl-šum-iddin ša ana ^{m}Itti-Marduk-balaṭu ana kaspi iddinu ina libbi $^{1}/_{3}$ mana 5 šiklu kaspi ^{m}Bel-šum-iddin ina katâ ^{m}Itti-Marduk-balaṭu maḫir* = „Ex 50 siclis argenti, quibus Bel-šum-iddin servum Nabu-nakuttum-taplusi viro Itti-Marduk-balaṭu vendidit, Bel-šum-iddin $^{1}/_{3}$ minas 5 siclos argenti ab Itti-Marduk-balaṭu ipso accepit.“ Ultimae pensationis dies constituitur Nbd. 807, 1 sqq.: *4 šiḳlu kaspi ša ^{SAL}Tašmêtum-damḳat mârat-A-NI ša ^{m}Nabu-aḫê-iddina ina elî ^{m}Gimil-Nergal mâršu ša ^{m}Bêl-šullim mar ^{m}Abu-lâ-idi ina ûm 2 ^{KAN} ša ^{araḫ}Kisilimu ina šîmi ša ^{SAL}Ina-ṣilli-bîti-niziz(?)itti ^{SAL}Tappašra aḫâtišu u ^{SAL}Sikkûa mârti-A-NI ša ^{SAL}Tappašra ušanḳat* = „4 sicli argenti, quos Gimil-Nergal feminae Tašmetum-dam-ḳat debet. Die secundo mensis Kislev (i. e. in hebdomadem) officium ultimae pensationis servarum Ina-ṣilli-biti-niziz, Tappašra sororis, Šikkua, filiae Tappašra, praestabit.“ [1])

Prima pensatione soluta emptor servum statim abducere potuit, praesertim cum inter primam ultimamque pensationem

---

1) De *ušanḳat* (III, 1 radicis מקת?) cfr. Cyr. 338, 5: *immêre ša ^{m}Nabu-balaṭsu-iḳbi ana ^{m}Itti-Marduk-balaṭu iddinu ukaspu ša ^{m}Itti-Marduk-balaṭu ana ^{m}Nabu-balaṭsu-iḳbi iddinu šunḳuttu itti aḫameš ittepšu* = „asini, quos Nabu-balaṭsu-iḳbi viro Itti-Marduk-balaṭu dedit, et argentum, quod hic illo dedit — inter se sublata sunt.“ (germ. begleichen, sich ausgleichen.)

non multum temporis interesset (Camb. 144 duo dies; Nbd. 807 et Camb. 165 hebdomas), sive emptor dives habebatur. (Cyr. 120; 261.)

Etiamsi solvendi dies magis erat prolata, servo emptor iam ante ultimam pensationem uti poterat, quamquam hoc iam difficaltatibus erat coniunctum; Nbk. 103, 1 sqq.: *adî* [1]) *ûm 20 KAN ša araḫ Simanu* *m Nabû-zer-ibâši mâršu ša* *m Bel-šum-iškun u* *m Nabu-nipšari mâršu ša* *m Bêl-iḳiša 1 mana 5 šiḳlu kaspi šîmu ḳalla ša ina ḳatišunu ibuku ana* *m Šulâ mâršu ša* *m Zer-ukîn inamdinu* Postscr. *ina an Bel ittemû kî adî um 20 KAN ša araḫ Simani i-te-it-tiḳ(!) adî kaspa niṭṭiri* = „ad diem vicesimum mensis Sivan (i. e. in duos menses septem dies) Nabu-zer-ibaši et Nabu-nipšari unam minam 5 siclos argenti, praetium servi, quem manibus suis abstulerunt (i. e. emerunt), viro Sulâ dabunt. In Belum iuraverunt: Donec vicesimus dies mensis Sivan transierit, pecuniam solverimus.“

Si emptor pecuniam die constituto solvere non poterat, servum reddere debebat; Camb. 165, 1: *adî ûm 5 KAN ša araḫ Abu* *m Nabu-iḳiša mâršu ša* *m Šêlibi mâr am. abu bîti akî uiltim(?) ša* *m Itti-Marduk-balaṭu mâršu ša* *m Nabu-aḫê-iddin mâr* *m Egibi amêlûtu ina ḳatišu imḫura kaspa inašaʾ u lû amêlûtu ibbakamma ana* *m Itti-Marduk-balâṭu inamdin* = „usque ad diem quintum mensis Ab (i. e. in hebdomadem) Nabu-iḳiša secundum creditum Itti-Marduk-balaṭu, a quo servum accepit, ei pecuniam solvet aut servos secum feret eosque viro Itti-Marduk-balaṭu reddet.“

Sin emtio iam longius facta irrita fiebat, emptor, qui ex servi labore iam multum fructum ceperat, praeterea domino priori damni restitutionem dare debebat; Nbk. 103, 6: *kî lâ iddannu ḳalla u mandatti ultu ûm 1 KAN ša araḫ Nisan inamdin* = „nisi solvent, servum et tributum eius (v. i.) a primo die mensis Nisan dabunt.“

4. Babylone ad rixam prompta multae erant caussae, quae servi venditionem sequebantur. Si quis servos vendit, quos alii merentur, emptorem hic praemio remunerari debet; 82—7—14, 988; col. 2, 15: [2]) *amêlu ša amêlutti ana kaspi iddinuma paḳâru ina eli ibšuma abkati nadinânu kaspa kî pî uiltim(?) ina kaḳ-*

1) Sic secundum Camb. 165, 1 legendum est; aut *adi* loco signi *TA* sartis lineis scripti legi debet, aut signo *TA* vis ideographica *adî* inest.

2) Abhandl. d. preuss. Acad. d. Wissenschaften 1889, 824.

ḳadišu ana mâḫirâni inamdin kî mârê tuldu ina ištên ½ *šiḳlu kaspi inamdin* = „si homo servam vendit et redhibitionis caussa de ea agitur et abducitur, venditor pecuniam secundum tabulam in summa emptori dabit. Si filios peperit, pro singulo ½ siclum solvet."

Hanc legem vere eis temporibus esse adhibitam, iam Peiser [1]) tabula Nbd. Nbd. 257 demonstravit; l. 8: *kî siḫû u* am.*paḳirânu ina elî amêlût-[tum] ittabšû* 2½ *mana 5 šiḳlu kaspi . . . . utârima ana* m*Nabu-aḫi-iddin inamdin* = „si repetitor aut redhibitor de servo caussam agit, venditor 2½ minas 5 siclos argenti reddet et viro Nabu-aḫi-iddin dabit."

Sin autem ii, qui rem irritam reddere cupiunt, non recte remonstrant, ut venditor se servorum possessorem esse demonstrare possit, hos actionem retinere necesse est; Peis. B.V. (= V.A.Th. 146/47.) l. 7: *ûmu paḳâri ina elî* SAL*Ša-bêlit-udda ittabšû* m*Nidintum-Bel u* SAL *Kabtâ ummušu umarraḳâma ana* m *Itti-Nabu-balaṭu inamdinu* = „si redhibitionis caussa de serva Ša-bêlit-udda oritur, Nidinta-Bel et Kabta mater codicillum suum ostendent [2]) et viro Itti-Nabu-balaṭu dabunt."

Ad extremum hoc loco actionem illam a viris doctis Oppert, Revillout, Peiser versam commemoro (L. 38 = Str. Nbd. 13), qua Belilitu pro servo vendito Bazuzu a Nabu-aḫe-iddin pecuniam se non accepisse contendit. Qui cum omnem pecuniam solvisse demonstraret, ipsique filii Belilitum contra eam testificarentur, ab iudicibus totam pecuniae summam, cuius reum eum citaverat (½ mina 5 sicli), ut solveret et reo integro damni restitutionem daret, est damnata. Qua re non difficulter immodica litium cupido Babyloniorum admodum repressa est.

5. Praeter servorum emtiones mutationes etiam fiunt, sed non ita saepe; Camb. 362, 1 sqq.: [*Nadinu*] [3]) *mâršu ša* m *Iddina-aḫi mâr* am.*pašeki* [*u*] SAL *Inṣabtum aššatušu mârtu ša* m *Marduk-šum-uṣur mâr* m*Arad-Nergal* [4]) *ina ḫud libbišunu ša* SAL *Ša-Belit-uda* SAL *Nanâ-ittia u* SAL *Nanâ-kilili-uṣur napḫar 3 amêlûtu*

1) Jurisprud. babyl., quae supersunt p. 16 sqq.

2) cfr., quod Peiser in B.V. 260 de eo vocabulo disseruit. In lingua talmudica מָרֵק „plane solvere" est. cfr. PSBA 1883, p. 104; 1884, 104.

3) cfr. Camb. 349, 3 etc.

4) Scribitur *AN-GIR-KU*; vide V, 44, 55, cd.

ša ^{m}*Itti-Marduk-balaṭu ša ina* ^{âlu}*Ḳiš ušpêlu ana 7 mana 56 šiḳlu kaspi šimi gamruṭu ana* ^{m}*Bêl .... mâršu ša* ^{m}*Iddin-Marduk* ..... [*iddinû*] = „Nadinu et Inṣabtu, uxor eius, sua sponte Sa-Belit-uda, Nanâ-ittia et Nanâ-kilili-uṣur, tres servas, quas in urbe Kiš cum Itti-Marduk-balaṭu mutaverunt, viro Bel .... [vendiderunt.]

C.

De servorum usu.

Dominis servorum varius usus erat; praeter caetera, ut labores domesticos facerent aut graviora negotia praestarent, adhibebantur. Si quis e. g. palmulas, vestes, allium etc. reddere debebat (Nbd. 134; 547; Camb. 38), ea per servum abducere iussit; Nbd. 547 [1]): *25 mana* [*šipâtê*] *reḫi ḳurban*[*-nu*] *ša* ^{araḫ}*d-A daru šatti 11* ^{KAN} ^{m}*Nabu-na'id 15 mana bâbta 22 mana šipâti ana nibiḫi ša* ^{an}*Šamaš u kusîtum ša* ^{an}*Malkatu* (?) *napḫar 40 mana šipâti* ^{m}*Bakûa ḳalla ša* ^{m}*Nabu-naṣir-apli nadin* = „25 minas lanae, reliquum doni templi(?) mensis Adar anni undecimi Nabonedi regis, 15 minas ......, 22 minas lanae ad nibiḫi dei Samas et ad vestem Malkatu, unâ 40(?) minas lanae Bakua, servus Nabunaṣir-apli textoris, dedit."

Et minora debita saepius propriis aut amicorum servis abducta sunt; Nbd. 50 et Camb. 135: *16 šiḳlu kaspi adî kaspi ša šumi LU-NITA ....* ^{m}*Rîmut ina ḳatâ* ^{m}*Nergal-riṣûa ina našpartum* [2]) *ša* ^{m}*Daian-bel-uṣur maḫir* = „16 siclos pecuniae cum pecunia allii, pecudis .... Remut a Nergal-riṣua mandato Daian-bel-uṣur accepit."

Eodem modo debita a servis etiam exigi poterant, si eis

1) cfr. Zehnpfund in B.A. I, 527.

2) Tallqvist (a. a. O. p. 108) scriptione uno loco lecta *na-aš-ši-UD-tu* in errorem ductus *našuttu* legit; Peiser autem *našpirtu*, quamquam insigno *UD* rarissime vis „*pir*" inest, varia lectio *pi-ir* non nobis occurrit, formaque *naf'il* adhuc nondum in lingua assyriaca inventa est; cfr. Del. A.G. § 65 p. 171 sqq. Ad antiquam lectionem *našpartu* redeundum esse puto, praecipue cum Camb. 127, 5 haec vox *na-aš-pa-par-tum* scribatur. Scribam primo *na-aš-pa-ar-tum* scribere voluisse est manifestum; tum vero scriptionem traditam cum signo *UD* monuit, quam accepit signum *PA* non eradens.

mandatum erat; Nbd. 534; Camb. 253; Nbd. 1008: „*10 GUR ŠE-BAR* SAL *Nanâ-silim ḳallatum ša* m *Nergal-aḫi-iddin ina našpartum ša* m *Nergal-aḫi-iddin ina ḳatâ* m *Daian-bêl-uṣur ḳalla ša* m *Iddin-Marduk maḫrat* = „10 gur frumenti Nanâ-silim, serva Nergal-aḫi-iddin, eius mandato a Daian-bel-uṣur, servo Iddin-Marduk accepit."

2. Si eo modo multi servi usu domestico adhibebantur, alii domini eis maius lucrum habere studebant, dum eos artem discere iubent, quam postea pro se exercere debebant. Qua re eis non parva impendia oriebantur, quod non modo cibum quotidianum et vestes dare eis debebant, sed etiam per tempus discendi laborem eorum amiserunt; Cyr. 64: SAL *Nubtâ* m *Addan-ana-Marduk ḳalla ša* m *Itti-Marduk-balaṭu mâršu ša* m *Nabu-aḫê-iddin mâr* m *Egibi ana išparûtu* [1]) *adî 5 šanâti ana* m *Bêl-eṭir taddin išparutu gabbi ulammadsu duppi duppi ûmu 1 ḲA ukullu* (?) *u muṣiptum* SAL *Nubtâ ana* m *Addan-ana-Marduk tanamdin kî išparûtu la ultammiduš ûmu* ½ *ŠE-BAR mandattašu inamdin nabalkattâna* ⅓ *mana kaspi inamdin* = „Nubta [2]) Addan-ana Marduk, servum viri Itti-Marduk-balaṭu, ad artem textrinam discendam viro Bel-eṭir tradidit. Totam artem textrinam docebit eum. Secundum utrumque conventum Nubta quotidie (?) unum ḲA cibi et vestes [3]) servo Addan-ana-Marduk dabit. Si eum artem textrinam non docebit, tum quotidie (?) ½ modium frumenti tributum dabit. Qui hoc foedus rumpit, ⅓ minam argenti solvet."

Mercedem artifex numquam accepit; raro ei bene finito discendi tempore, donum extraordinarium promittitur; Cyr. 313, 12: *ûmu ša ulammadušu ištên KU-KUR-RA ša 4 šiḳlu ubbalu ana* m *Liblut inamdin* = „si tirocinio perfunctus est, is (dominus servi) viro Liblut (artifici) unam vestem *KU-KUR-RA* nominatam dabit." Simile est constitutum in textu Dar. 26. 12. 15 (B. a. Or. Rei. I, 83): *kî ultammidušu eštênit uzâru* m *Marduk-naṣir-*

1) Forma non est usitata; forma *ušparûtu* exspectatur.

2) Qua re Nubta servum alius viri suis sumptibus artem discere iubeat et quo modo res postea compositae sint, non est dilucidum.

3) cfr. B. a. Or. Rec. II, 119: *adî 3 arḫê êlat duppi u duppi id-ra-aš-ša-šu ibalaṭ ina muṣiptišu* = „tres menses praeter utrumque constitutum . . . . et in suis vestibus vivet."

apli ana ^{m}*Guzânu inamdin* = „si eum docuerit, Marduk-naṣir-apli viro Guzânu unam zonam (אֵזוֹר)[1]) dabit."

Eiusmodi pacta non raro nobis occurrunt. Ars lapidaria (*burgullûtu*)[2]) quattuor annis (Cyr. 328), ars, quae *sabsinnûtu*)[3]) dicitur, tribus annis (Nbd. 172), ars fullonica[4]) (? *kaṣirutu*) duobus annis (Camb. 245) discitur, *mu-u-tu*[5]) iam tribus mensibus (B. a. Or. Rec. I, 83; II, 119; Cyr. 248). Postea discipuli in superiorem gradum ascendebant, quo *lamutânu*[6]) et *kîzû*[6]) nominabantur, atque etiam negotiorum participes fiunt. Bakûa enim, servus Nabu-naṣir-apli (Nbd. 532; 547; Cyr. 202), semper textor i. e. officinator textorius nominatur et solus mandata accipit conficitque.

Feminae ipsae quoque artes didicerunt. In Nbd. 340 mulierem, quae lavando quaestum facit (*puṣaʾitu*), invenimus et voce *latânu* (Nbk. 72; 368; Camb. 384) simile quoddam quod *lamutânu* exprimi videtur.

3. Cum Babylone servi pecuniae instar haberentur, saepe filiae, quae nupsit, dos dabantur. Praetur supellectilem et pecuniam numeratam hi etiam dotis caput erant; Nbk. 198, 1 sqq. [*SAL*] . . . . . *lum mâratsu ša* ^{m}*Bêl-mušallim mâr* ${}^{am.}$*šangû Ea*

---

1) Num haec pronunciatio ideogrammatis *KU-KUR-RA sit?*

2) cfr. quod Jensen Kosm. 352 disseruit; sed *burgullu* = mand. ארגובלא primo „caelum" significat; cfr. K. 4815: *šiṭir šumika ina burgulli šuṭur* = „scriptionem nominis sui caelo scribe."

3) *sabsinu* eadem forma est quam *susapinu* (Z. K. II, 299; 411) = *syr. šušpina* (Jensen). Num cum talm. שְׁבָּשׁ cognatum sit?

4) *kaṣiru*, quod omnia fere babylonica nomina opificum etiam in lingua aramaica inveniuntur = *ḳṣara* ponendum esse non dubito. In lingua mandaica ut hic litera ק scribitur כאצארא (Nöld. Mand. Gramm. § 42). Sed confer. Nöldeke, Z.D.M.G. 40, 735, qui pers. *ragazar* comparat.

5) *MU-u-tu* a Jensen *mandidiutu* legitur. Si *mandidiutu* certe phonetice legendum est (sed confer ${}^{am.}$*SAG-DI-DI* (Nbd. 140, 7; 199, 10.) haec sententia probabilis fit contractu B. a. Or. Rec. I, 83 edito, quo servum artem *MU-u-tu* discit apud ^{m}*Guzanu mâršu ša* ^{m}*Ḫambaḳu mar* ${}^{am.}$*mandidî.* Memoratu dignum est in hac tabula *ana lamâdu MU-u-tu* mutari cum *ana MULU-ŠAGAN-LÀL-u-tu MU-u-tu* (cfr. B. a. Or. Rec. II, 19), qua re (Nbd. 20, 15 etc.) tironem significare demonstratur. Revillout autem (l. c.) num recte agat, si *lamutanutu* resp. *lamutanu* legat, non verisimile est, vel ea de caussa, quod *lamutânu* a radice למת (v. i.) derivandum est.

6) cfr. Zehnpfund in B.A. I, 497.

ina hud libbišu SAL *Ana-nûrišu kallatsu ana* SAL *Ramûa martišu ana nudunnû taddin* = Femina . . . . . lum sua sponte servam Ana-nurišu filiae Ramna dotem dedit." Similes contractus editi sunt Nbd. 243; 760; 990 [1]) etc., quibus vel 5 servi dotis loco dabantur.

Et alii propinqui sponsae munus nuptiale servos donare solebant; cfr. Nbd. 368, quo avia nepoti duas servas dotem donat.

Evenit quoque, ut in pactis coniugialibus servi pecuniae loco acciperentur; Nbd. 243; 348: m *Bêl-ahi-ibaši ina hud libbišu* m *Nabu-bitri ša ina katâ* m *Nabu-erêš ana 1 mana kaspi ana šîmi hariṣ ibuku itti* SAL *Sukaitum mârtišu akî 1(?) mana kaspi rîhti nudunnî* SAL *Sukaitum ana* m *Nabu-eṭir iddin* = „Bel-ahi-ibaši sua sponte Nabu-bitri, servum, quem una mina praetio constituto a Nabu-ereš emit cum Sukaitu filia, loco unius minae, reliqui dotis Sukaitu, viro Nabu-eṭir dedit." Et in uxoris emptione, quae ad id tempus accidit, pecunia servis solvebatur. [2])

Familiae pauperiores, quae sine servorum auxilio contentae erant, servos tum post diem nuptialem mox vendiderunt; V. A. Th. 372 (= Peis. B.V. 73): m *Šum-iddina ina migir libbišu* m *Itti-Bêl-guzu kallašu ša rittišu ana šumi* SAL *Miškitum aššatišu šaṭratum ana 1 1/3 mana kaspi ana* m *Iddina-apli . . . . iddin* = „Šum-iddin sua sponte Itti-Bel-guzu, servum, cuius tabula nomine Miškitu, uxoris suae scripta erat, 1 1/3 minis argenti viro Iddina-apli vendidit [3]).

4. Justae servorum locationes nova Babylone inveniuntur, sed rarissimo; Nbd. 299: m *Bariki(?) kallašu ša* m *Itti-Marduk-balaṭu mâršu ša* m *Nabu-ahi-iddin mâr* m *Egibi ana* m *Ina-ṣilli-Bêl kalla ša* m *Ina-kibi-Bêl ana šatti 9 šiklu kaspi ana idi iddin ahi kaspi ina mišil šatti u rîhti kaspi ina kit šatti inadin* = „Bariki-ilu, servum suum, Itti-Marduk-balaṭu 9 siclis pro anno

1) Hac tabula auctoritas fratrum in sororem illustratur. Patre mortuo fratres curatores sororis erant. Hoc loco in matrimonium eam dant: m *Nabû-šum-iddin u* m *Iddin-Nabû mârê ša* m *Nabu-ban-zêr ina hud libbišunu* SAL *Ṣirâ ahatsunu ana aššûtu ana* m *Nabu-nadin-šumi iddinû* = Nabu-šum-iddin et Iddin-Nabu, filii Nabu-ban-zir, sua sponte sororem Ṣirâ viro Nahu-nadin-šum uxorem dederunt.

2) cfr. Kohler-Peiser, Aus d. babyl. Rechtsl. p. 7.

3) Nbk. 386 contra post diem nuptialem servus ex dote emitur: *kaspu nudunnû ša* SAL *Bêlitsunu mâratsu ša* m *Nabu-zer-ukin* = „pecunia ex dote uxoris emptoris."

Ina-ṣilli-Bel, servo viri Ina-ḳibi-Bel locavit. Dimidiam partem post semestre, reliquum anno finito dabit."

Multo saepius accidit, id quod iam a me in domorum locationibus demonstratum est, ut servus pignus antichreticum in aliorum possessionem transiret; Nbd. 585, 1 sqq.: *10*(!) *šiḳlu kaspi ša* ^{m}*Itti-Marduk-balaṭu ina muḫḫi* ^{m}*Bêl-iddin ša arḫi ina elî 1 manî 1 šiḳlu kaspi ina muḫḫišu irabi* ^{SAL}*Kubbuttum ḳallatsu maškanu ša* ^{m}*Itti-Marduk-balaṭu adî* ^{m}*Itti-Marduk-balaṭu kaspa 10 šiḳlu ḳaḳḳadu u ḫûbullû išalimu* = „10 siclis argenti, quos Bel-iddin viro Itti-Marduk-balaṭu debet; in mensem pro una mina 1 siclum usuram pendet. Kubbuttu, serva eius, pignus Itti-Marduk-balaṭu est, usque pecuniam suam acceperit."

Sed hoc modo servi oppignerari non solebant. Ut apud domos consuetudo erat non servi locationem creditori pendendam neque vero usuras postulandas esse; Nbd. 340, 1 sqq.: [$^{1}/_{2}$ *mana kaspi*] *ša* ^{m}*Nabu-aḫi-iddin ina elî* ^{m}*Nabu-êrêš* ^{SAL}*Šalmu-dînini ḳallatsu puṣaitum maškanu ša* ^{m}*Nabu-aḫi-iddin idi amêlûtu ianu u ḫubullû kaspi ianu ina* ^{arah}*Ululu kaspa* $^{1}/_{2}$ *mana* ^{m}*Nabu-êrêš ana* ^{m}*Nabu-aḫe-iddin inamdinma amêlûtsu ibbaka* = „$^{1}/_{2}$ mina argenti, quam Nabu-aḫi-iddin viro Nabu-ereš mutuam dedit. Šalam-dînîni, serva, quae lavando quaestum facit, pignus Nabu-aḫi-iddin est. Servae locatio non est neque usura pecuniae. Mense Elul Nabu-ereš $^{1}/_{2}$ minam viro Nabu-aḫi-iddin reddet servamque suam secum auferet."

Sed et praesertim posteriore tempore debitor servum oppigneratum vestire debebat; Camb. 428, 11: ^{KU}*muṣiptum* ^{m}*Ea-apli-iddin*(?) [*ana* ^{m}*Nabu-rêmu-šuk*]*-nu ukattam* = „Ea-pal-iddin (debitor), Nabu-rêmu-šuknu (servum oppigneratum), vestiet."

Iure autem servus semper eius erat, qui eum oppigneraverat, et si quid ei inter id tempus, quo oppigneratus erat, accidit, a creditore damnum restitui necesse erat; Nbk. 365 (= L. 152), 1 sqq: *ûmu 5* ^{KAN}*ša arah Kisilimu* ^{m}*Šar-ukîn mâršu ša* ^{m}*Ammanu mukînišu ina* ^{âlu}*Piḳudu ibbakamma ana* ^{m}*Idiḫi-ilu mâršu ša* ^{m}*Kinai*(!) *ukânu ša* ^{m}*Idiḫi-ilu ana* ^{m}*Šar-ukîn išpura umma dîni ša ḳallika ṣa dîki itta la tadibbub anaku napšâti ša ḳallika ušallamka kî uktînuš 1 mana kaspi šîmu ša ḳallišu* ^{m}*Idiḫi-ilâni ana* ^{m}*Šarru-ukîn inamdin kîlâ uktînuš* [*zaki?*] = „Si die quinto mensis Kislev Šar-ukin testes suos in urbem Piḳudu fert iique contra Idiḫi-ili testificantur, hunc ad illum scripsisse: „Noli litem

habere mecum servi necati caussa; ego tibi iacturam resarciam.“ „Si eum coarguunt, Idiḫi-ilu unam minam argnti, praetium servi, viro Šar-ukîn dabit; si eum non coar guunt [liber est].[1])

Et servi oppignerari poterant, etiamsi domini eos non secum habebant; tabulam modo emptionis creditori dari oportebat; Nbd. 772, 1 sqq.: [*59*] *šiḳlu kaspi ša* ^m^ *Nergal-šum-uṣur ina muḫḫi* ^m^ *Itti-Marduk-balaṭu* ^SAL^ *Habaṣirtum* ^SAL^ *Banitum-taddin mârat 13 šanâti mâršu mâr 6 arḫê ša* ^m^ *Itti-Marduk-balaṭu ina ḳâta* ^m^ *Bel-iddin ana kaspi ibuku maškanu ša* ^m^ *Nergal-šum-uṣur .... amêlûtum kî 55 šiḳlu kaspi* ^m^ *Itti-Marduk-balaṭu ana* ^m^ *Nergal-šum-uṣur inamdin u riḫtu 4 šiḳlu kaspi* ^m^ *Itti-Marduk-balaṭu ana* ^m^ *Nergal-šum-uṣur inamdin kî adî kit ša* ^arah^ *Abu* ^m^ *Itti-Marduk-balaṭu amêlûtum ana* ^m^ *Nergal-šum-uṣur lâ iddannu kaspu 59 šiḳlu kaspi* ^m^ *Itti-Marduk-balaṭu ana* ^m^ *Nergal-šum-uṣur inamdin* = „59 sicli pecuniae Nergal-šum-uṣur crediti Itti-Marduk-balaṭu. Ḫabaṣirtu, serva, Banitum-taddin, filia 13 annorum, filius eius 6 mensium, servi, quos Itti-Marduk-balaṭu a Bel-iddin emit [2]), pignus Nergal-šum-uṣur sunt..... Servos pignus 55 siclorum Itti-Marduk-balaṭu viro Nergal-šum-uṣur dabit et praeterea 4 siclos caeteros. Nisi usque ad finem mensis Ab servos viro Nergal-šum-uṣur tradet, 59 siclos argenti solvere debet.“

Ut hac in tabula saepe accidit, ut praetium servi oppignerati non summae creditae responderet. Tum pro pecunia, quae supererat, fenus dari solebat; Camb. 379: *1 1/3 mana kaspi ša ina ištên šiḳlu bitḳa ša* ^SAL^ *Amat-Bêlit ina muḫḫi* ^m^ *Bêl-mušallim* ^m^ *Nabu-silim ḳallašu* ^am.^ *MU kûm 1 mana kaspi maškanu ša* ^SAL^ *Amat-Bêlit idi amêlûti u ḫabullû kaspi ianu u 1/3 mana ša arḫi ina muḫḫi 1 mana 1 šiḳlu kaspi ina muḫḫišu irabi* = „1 1/3 mina argenti, siclatim excusa, quod Amat-Belit viro Bel-mušallim mutuum dedit. Nabu-silim, servus eius, pignus Amat-Bêlit est loco 1 minae. Locatio servi et fenus pecuniae non sunt. Sed quod 1/3 minam attinet, ab una mina pro mense unum siclum usuras solvet“.

Et pignus pignoris nova in Babylone in usu erat; sed tum semper, ne dissensio oriretur, scriptum accuratum componebatur,

---

1) Ad hunc litigandi modum cfr. Kohler-Peiser; a. a. O. p. 30.

2) Nbd. 765 est tabula emptionis edita est, qua Bel-iddin hanc Ḫabaṣirtu viro Itti-Marduk-balaṭu vendit.

quo res explicarentur; Nbd. 253: $^1/_3$ *šiḳlu kaspi sa* *ᵐIddin-Marduk ina muḫḫi ᵐAḫu-ittabšî ina araḫ Dûzu inamdin êlat rašûtu maḫritu SAL Gudaditum ḳallat ša ᵐŠum-iddin ša ina pâni SAL Buitum aššatišu ša ᵐNadin mâršu ša ᵐŠum-iddin ḳallat ša ᵐŠum-iddin kûmu* $^1/_3$ *šiḳlu kaspi maškanu šaknatum ša ᵐAḫu-ittabši u šaṭâru maškanu ša ᵐIddin-Marduk* = „$^1/_3$ siclus argenti, quem Iddin-Marduk viro Aḫu-ittabši mutuum dedit. Mense Tammuz reddet una cum credito anteriore. Gudaditu, serva Šum-iddin, quae ante in potestate Buitu, uxoris filii sui (i. e. nuri) fuerat, serva, quam Šum-iddin postea loco $^1/_3$ šicli viro Aḫu-ittabši oppignaverat, cum scripto nunc pignus Iddin-Marduk est“. Simi liter se habent contractus Nbd. 390—392, de quibus Oppert (Acad. 1888 p. 7—8 Sep.) et Kohler-Peiser (a. a. O. p. 18 ssq.) disseruerunt.

Plerumque pigneratio non admodum gravis adhibita esse videtur, etiamsi argentum non tempore adesset; sed saepius ut servus, nisi debitor tempore pecuniam solvisset, creditori praetio constituto addicatur constituitur. Nbk. 197, 10: *Kîlâ ᵐMušezib-[Marduk] [ana] šîmi ḫariṣ pân ᵐBel-lûmur iddagal* = „nisi reddet, Mušezib-Marduk servus viro Bel-lûmur praetio taxato dabitur“. Similis contractus L. 176 editus est: *ᵐArdia ina an Bêl an Nabû u ᵐDariamuš šarri ana ᵐMarduk-naṣir-apli itteme kî adia adî ûm 15 KAN ša araḫ Ṭebetu ša šatti 1 KAN ᵐDariamuš šarri Babili u matâti 8 GUR ŠE-BAR 34 GUR suluppi 13 šiḳlu kaspi piṣu anašama ina rašûtika ša ina muḫḫia ana ᵐDaian-iddin ḳallika anamdinma ᵐNergal-bulliṭanni ḳalla ša ᵐArdia maškanu ina pâni ᵐDaian-iddin kûm ŠE-BAR 8 GUR 34 GUR suluppi u kaspi 13 šiḳlu piṣû šakin kî ûm 15 ša araḫ Ṭebetu ša šatti 11 KAN ŠE-BAR 8 GUR suluppi 3[4 GUR] kaspa 13 šiḳlu kaspi piṣû ina rašûtu ša ᵐNergal-naṣir-apli ša ina muḫḫišu la iddannu ᵐNergal-bulliṭanni ḳalla ša ᵐArdia ana šîmi ḫariṣ kûm 34 GUR suluppi u kaspi 13 šiḳlu piṣu pani ᵐMarduk-naṣirapli iddagal u ŠE-BAR 8 GUR akî maḫari ša Babili . . . ᵐMarduk-naṣir-apli inamdin ûm 15 ŠE-BAR suluppi u [kaspa] ᵐArdia ana ᵐDaian-iddin inamdinma ᵐNergal-bulliṭanni ḳallašu ibbak* = „Ardia in Belum, Nebonem et Darium regem iuravit: „„secundum[1])

1) Quod oratio directa voce *kî* inchoatur, duo *kî* exspectantur, quorum alterum euphonias caussa omissum est.

iusiurandum meum usque ad diem quindecimum mensis Ṭebet anni undecimi Darii, regis Babylonis et terrarum, 8 GUR frumenti, 34 GUR palmularum 13 siclos argenti .... auferam et a credito tuo, quod mihi impositum est, servo tuo Daian-iddin dabo". Nergal-bulliṭ-anni, servus Ardia, pignus est Daian-iddin loco 8 (!) GUR frumenti 34 GUR palmularum siclorumque 13 argenti .... Si die quindecimo mensis Ṭebet anni undecimi 8 GUR frumenti 34 GUR palmularum et 13 siclos argenti crediti, Marduk-naṣir-apli, quod illi impositum est, viro Daian-iddin non dederit, Nergal-bulliṭanni, servus Ardia, praetio taxato loco 34 GUR palmularum et 13 siclorum argenti .... viro Marduk-naṣir-apli dabitur et 8 GUR frumenti annonâ babyloniâ viro Marduk-naṣir-apli solvet. Si Ardia die quindecimo mensis Ṭebet frumentum, palmulas argentum viro Daian-iddin tradet, Nergal-bulliṭanni, servum suum, secum ferre potest".

Servi oppignerati praetium prae bonitate variebatur; plerumque vero pecuniam creditam servi praetium non adaequasse manifestum est. Serva $^{1}/_{3}$ mina oppignerari solebat (Nbd. 253; 478; 602); sin autem infantem secum habebat, eius praetium minus erat (Nbk. 377; cfr. Nbk. 137), sed augebatur, si munere fungebatur (Nbk. 340 v. s.).

Paullum maius servi praetium erat (Nbd. 584: $^{1}/_{3}$ mina 7 sicli; Nbk. $^{1}/_{2}$ mina), quod usque ad $^{5}/_{6}$ minam augebatur (Nbd. 468).

Hoc praetium eodem modo, quo iam antea demonstravi, sub persico regimine auctum esse conspici potest. His temporibus servus 1 minae (Cyr. 251; Camb. 379; 428) usque ad 1 $^{1}/_{3}$ minae (Camb. 315) oppigneratus erat. Minoris erat non saepe; cfr. Cyr. 284 et 252, quo duae servae 1 mina 10 siclis oppignerantur.

4. Quibus legibus difficilibus saepe accidit, ut discordia orta multae lites agerentur; cfr. Nbd. 738 [1]) et 668, 1 ssq.: *3 mana 50 šiḳlu kaspi ša* $^{am.}$*daianè ina duppi išṭuruma ana* ^{m}*Bel-rîmanni mâršu ša* ^{m}*Lâbaši-Marduk mâr* ^{m}*AŠ-KAN-UL iddinûma elî ša duppi* ^{m}*Arad-Gula u* ^{SAL}*Damḳâ aššatišu u elî amèlûtu bit maškanišu* ^{m}*Bel-rîmanni [igr]-û* ^{m}*Nergal-uballiṭ iaritutu ša (!)* ^{m}*Arad-Gula iḳbû umma iaritutu ša* ^{m}*Arad-Gula ul ippuš* ^{m}*Bel-rîmanni ina amèlûtu bit maškanišu lišlim arkî* ^{m}*Bel-*

1) A. Peiser versus Kohler-Peis. a. a. O. p. 16).

rîmanni SAL *Ana-Tašmetum-addan* SAL *Amtia* SAL *Nanâ-ana-bîtišu u* m *Zamama-iddina niše biti ša* m *Arad-Gula bit maškanišu ana maḫar* an *daianê šarri ublamma amelûtu ša ana kûmu 3 mana 50 šiḳlu* [*kaspi*] *šimu gamrutu pâni* m *Bêl-rîmanni kî pî duppišu ušadgila nadin maḫir apil rugummâ ul iši u aššu matêma la saḫarimma ana êlî amêlûtu šuatu la ragâmu* am. *daianê duppi išṭuruma ina kunukkêšunu ibrumu ana* m *Bêl-rîmanni iddinû* = „3 minae 50 sicli argenti, quos iudices in tabula scripserunt et viro Bel-rimanni dederunt. De hac tabula Arad-Gula et Damḳa, uxor, et de servis, pignore Bel-rimanni, litigaverunt. Nergal-uballiṭ iaritutu [1]) viri Arad-Gula dixit his verbis: „„iaritutu viri Arad-Gula non faciam. Bel-rimanni servis, pignore suo, solvat.““ Postea Bel-rimanni Ana-Tašmetum-addan, Amtia, Nanâ-ana-bitišu, Zamama-iddin, servos, qui a viro Arad-Gula oppignerati erant, prae iudicibus regis egit et quod servos attinet, quos is loco 3 minarum 50 siclorum totius praetii, viro Bel-rimanni addixit, — omne est datum, receptum, solutum. Redhibitionis caussa non erit, et usque ad aeternum ne quis rediret aut de servis litem faceret, iudices tabulam scripserunt, sigillis ornaverunt viroque Bel-rimanni dederunt“.

D.

De servorum iure et officiis.

Servi apud dominos legum expertes erant. Praecipue id semper praedicatur, servum loco et apud dominum remanere debere. Si agri cum supellectile venibant, tota servorum familia (*kimtu*) complexa est, servi (*nisutu*) et servae (*salâtu*). Nondum autem adhuc traditum est, qua poena servus fugax afficeretur. Sed quoniam Bariki-ili, quamquam bis fugerat (Nbd. 1113, 17 ssq.: *2 ḫalaḳu ultu bîti bêlia addima ûme* [2]) (!) *mâduti la annamir* = „bis fugi et per longum tempus non visus sum“), apud eandem familiam reperimus, poenam non ita gravem fuisse conicere possumus. Iam utilitatis caussa servum talem non occiderunt.

1) Quid hic passus sibi velit, non novi. Vox *iaritûtu* non assyriaca esse videtur; paene putaverim, eam vocabulum externum = *jartutha* esse. De vocabulis aramaicis in inscriptionibus neobabylonicis Achaemenidarum cfr., quae Jensen Z.A. VI, 174 disputavit.

2) cfr. Peiseri versionem in Z.A. III, 87 ff.

Sin autem dominus servum fugacem apud se excepit, ut eo uteretur, vero possessori servo reddito damnum restituere oportebat; Nbd. 682, 1 ssq.: *ina ûmu* ^{SAL}*Amtia ḳallatu ša* ^{m}*Itti-Marduk-balaṭu itti* ^{m}*Guzanu tatnamari* [1] *umussu ittišu ittešemu umu AŠ ŠE-BAR mandattašu* ^{m}*Guzanu ana* ^{m}*Itti-Marduk-balaṭu inamdin* = „Si Amtia, serva Itti-Marduk-balaṭu, apud Guzanu videtur (i. e. ad eum fugit) et quotidie cum eo auditur (?), tum Guzanu 1 Aš frumenti tributum viro Itti Marduk-balaṭu dabit". Similia decreta in Nbk. 390 inveniuntur: [*ina u*]-*mu* ^{m}*Uḳupu ḳalla ša* ^{m}*Zeria mâršu ša* ^{m}*Nabû-ibni mâr* ^{m}*Nabai* [*ana*] ^{m}*Nabu-êṭir mâršu ša* ^{m}*Nummuru mâr* ^{m}*Nabai itéla ûm BAR ŠE-BAR mandattašu* ^{m}*Nabu-êṭir ana* ^{m}*Zeria inamdin lû uiltim* (?) *ša maškanu lû šîmi ḫariṣ ša* ^{m}*Uḳupu ṣabtum* ^{m}*Nabu-êṭir utârima ana* ^{m}*Zeria inamdin* = „Si Ukupu, servus Zeria, ad Nabu-eṭir fugit, Nabu-eṭir 1 MAŠ frumenti tributum viro Zeria pendet et sive pignoris creditum sive praetium taxatum, quo Uḳupu captus est, Nabu-eṭir reddet et viro Zeria dabit".

2. Et his temporibus servitus non ita gravis erat. Saepius adeo familiariter tractabantur, ut domini eos magnis donis donarent: Camb. 370. Marduk-iḳišanni servae viri Itti-Marduk-balaṭu totam supellectilem donat et Nbd. 57 servus a domino sesamum dono accipit.

Servi autem non modo locos inferiores in templo administrando [2] obtinere, sed etiam gravioribus in re publica muneribus fungi poterant. Invenimus enim Nbd. 106 servum „*rab karri ša* ^{alu}*Šubat-Gula*" aliumque Nbd. 280, qui munere „*bêl piḳitti ša* ^{âlu}*Bît-ṭâbi-Bêl*" fungitur, dum Nbk. 115 servus praefecti palatii (*bêl piḫâti ša êkalli*) negotium quoddam conciliat [3].

---

1) ***tatnamari*** (= ***tattanamari*** cfr. Nbd. 753, 7 ***ittanámari*** est IV, 3 radicis אמר) hoc locisque similibus tropice adhibetur et mutatur cum *itéla* (Nbd. 197; 390, et *ana ašar šanamma alaku* resp. *itallluku* (cfr. Nbd. 803, 11: ***ûmu*** ^{SAL}***Ina-ṣilli-biti-niziz***(?) ***ana ašar ša-namma ta-al-la***(!)-***ka***(!); Nbd. 1113, 11; Camb. 15, 12). Quae omnes phrases euphemismata verbi *ḫalaḳu* = fugere sunt, quod in contractibus aegre modo in usu est (Nbd. 697; Cyr. 183; 276).

2) cfr. Peis. BV. XXIX, XXIII et Nbk. 175.

3) ***1 ziru ša šarri . . . . . ša ina kišad*** ^{nâru}***Ḫarri ša ina ḳatâ*** ^{m}***Zeria*** *bêl piḫâti ana zaḳipanûtu bînamma* = „agrum regis . . . . in ripa fluminis Ḫarru situm, qui in manibus Zeria, praefecti palatii est, da mihi colendum."

Neque legum expertes erant contra alios homines; eveniebant igitur lites inter servos atque ingenuos; sed tum semper additur, eas prae ingenuis actas esse; cfr. Camb. 321; 329: *mârbanê ša ina pânišunu ᵐDaian-bêl-uṣur ḳalla ša ᵐItti-Marduk-balaṭu ana ᵐKalbi-Bau ukíllû umma imittu sa ᵐNergal-uṣur ša emêka anini ᵐKalbi-Bau iḳbi umma ana ᵐNabu-êṭir attadin* = „Ingenui, coram quibus Daian-bel-uṣur, servus Itti-Marduk-balaṭu, virum Kalbi-Bau accusavit (?) [1]) his verbis: imittu[2]) soceri tui, Nergal-uṣur, nobis est (?). Kalbi-Bau dixit: Dedi eum viro Nabu-êṭir". Contra servi, si necesse erat, etiam testibus fungi poterant. (Nbk. 31, 10: *ᵐPâni-Nabû-lûmur ḳalla ša ᵐNergal-šar-uṣur;* Peis. K.A. II, 18.)

Certe vectigalia etiam solvere debebant; occurrunt igitur in templorum tabulis servi, qui vectigalia pensant; sed plerumque non discernere possumus, utrum pro se ipsis an pro dominis pensent.

3. Servi in libertatem restitui poterant, quod variis modis fiebat. Aut pecunia se redemerunt; talis vir *ardu puṭuru ša kaspi* (Nbd. 1113, 1, 19) nominabatur. Aut domino, si libertate eos donaret, annua alimenta per totam vitam daturos se esse promiserunt; cfr. Nbd. 499, quod W.Z.K.M. IV, 117 versum est. Servus autem, nisi promisso staret, libertatem rursus amittere potuit; domino tum potestas, ut tabulam libertatis frangeret eumque in servitutis locum transferret, data erat! Nbd. 697: *Iḳîša-apil Rîmanu-Bêl ḳallašu ša ᵐRîmut šunšu imbû duppu mârbanûtu ša ana nadâni kurmatišu u lubušišu iknuku ᵐRîmanni-Bêl ša ᵐRîmut šunšu imbû ultu muḫḫi ša duppu marbanûtu iknuk iḫliḳma ibri piššatum u lubuštum la iddidma* ^SAL^*Esaggil-râmat aššatu ᵐIddina-Marduk mâršu ša ᵐIḳiša-apli taplaḫšu* (?) *tâduršu tasad-*[*didsu*] *ᵐIḳisa-apli ina ḫud libbišu duppu mârbanûtu ša ᵐRîmanni-Bêl upassisma iknukuma pâni* ^SAL^*Esaggil-râmat u* ^SAL^*Nubtâ martišu ušadgil* ^SAL^*Esaggil-râmat u* ^SAL^*Nubtâ martišu ipalaḫ arki* ^SAL^*Esagil-râmat pâni*

1) *ukillû* II, 1 radicis כלה esse puto (= *ukallû*). Etiam I, 1 synonymum *ragâmu, dabâbu* est; Nbk. 135, 50: *ᵐAbkallu u ᵐIḳiša-apli mârê ana aḫameš ul ikallû* = „Abkallu et Iḳiša-apli inter se non litem facient."

2) *imittu* certe quoddam est, quodcum agricultura cognatam est. Tallqvist hebr. טוֹבָה (a. a. O. p. 77) comparat. Aliud *imittu* N.E. 6, IV, 18 legitur.

SAL Nubtâ iddagal = „Iḳiša apli servo suo Rîmanni-Bêl, quem Rîmut vocant, tabulam libertionis ea conditione scripsit, ut cibum et vestem daret. Rîmanni-Bel autem, quem Rîmut vocant, tabula libertatis accepta fugit et cibum, oleum vestemque non dedit. Sed Esaggil-ramat, nurus, Ikiša-apli servivit (?), coluit (?), benigne excepit (?) eum [1]. Tum tabulam libertatis sua sponte fregit aliamque sigillavit et feminae Esaggil-ramat et Nubta, filiae eius donavit. Feminae Esaggil-ramat et Nubta, filiae, serviet et post mortem Esaggil-râmat Nubta filia eo donabitur".

4. Servi peculium habere poterant; sed de eo domino tributum [2] (*mandattu*) solvere debebant. Quantum quisque dederit, adhuc non certum est; cfr. Nbd. 838, 10 ssq.: *mandattu ša ultu araḫ Ṭebetum šatti 14 KAN ša m Nabu-utîri u SAL Miṣatum aššatušu ina pâni m Nabû-utîri* = „tributum usque a mense Tebet, anni quattuordecimi, quod Nabu-utîri et Miṣatum uxor solvere debent, adhuc debitum est a Nabu-utîri". Cyr. 119 autem, quo constituitur, ut creditor servum pignus acciperet, qui tributum ei fenoris loco daret, l. 7 legitur: *ultu ûm 5 KAN ša araḫ Abu m Ina-ṣilli-bit-akitum ḳalla ša m Nabu-zêr-iḳiša mandattum kûm ḫubullî kaspi ana m Bêl-uballiṭ inamdin* = „a quinto die mensis Ab Ina-ṣilli-bit-akitum servus Nabu-zêr-iḳiša, tributum suum fenoris loco creditori dabit".

Quo modo evenit, ut servi interdum non mediocres opes sibi comparassent; e. q. narratur, servum Nabu-utîri (Nbd. 838) rem famoliarem $5\frac{1}{2}$ minarum cauponatum esse (*ina sûḳi iššû*). Saepe enim ut liberi pecuniam mutuam dederunt; Nbd. 613, 1 ssq.: *$1\frac{1}{2}$ mana 5 siḳlu ša m Nergal-riṣûa ḳalla ša m Itti-Marduk-balaṭu ina muḫḫi m Marduk-šum-iddin ina ûm 1 KAN ša araḫ Abu inamdin* = „$1\frac{1}{2}$ minae 5 sicli argenti, quae sunt a Nergal-riṣua,

---

1) Peiser (K.A. p. 87 sqq.) *ta-ap-ta-ta-du-ur-šu* legit; sed neque vestigia a Strassmaier data neque forma huic lectioni apta sunt. Praeterquam quod forma praesens modo esse potest, mutatio ד et ט mirabile esset, ut omittam, formam iphtataʿel rarissimo legi. Secundum l. 17 ego *taplahšu* lego, quod hic locis „reverenter servire" significare debet; cfr. פָּלַח. Ad *adaru* et *sadadu*, quod verbuma Peiser certe recte suppletum est, cfr. Cyr. 377, 19 sqq.: *m Iddina-aplu ša ašpurakkinušu suddidaš u uduraš* = „virum Iddima-aplia. quem ad vos misi, colite et alite eum." Qua re *sadadu* synonymum *šadadu* esse videtur.

2) Id ita esse, primi Kohler et Peiser demonstraverunt; a. a. O. p. 1.

servo Itti-Marduk-balaṭu credita viro Marduk-šum-iddin. Die primo mensis Ab reddet".

Facile etiam pecunia aut aliae res mutuae eis dabantur; Nbd. 769: *15 šiḳlu kaspi ša* m*Nabû-utîri ḳalla ša* m*Itti-Marduk-balaṭu ina êli* m*Silim-Bêl ḳalla ša* m*Itti-Marduk-balaṭu ina ḳit* arah*Abu kaspa inamdin* = „15 sicli argenti, qui a Nabu-utîri, servo Itti-Marduk-balaṭu servo Silim-Bel crediti sunt. Finito menu Ab argentum reddet". Memoratu quoque dignum est Nbk. 307, 1 ssq.: *ištên KU-MUḪ ša 3 šiḳlu ubbalu ša* m*Nabu-ahê-iddin ina muḫḫi ša* m*Silim-Bêl ḳalla ša* m*Bêl-uballiṭ ina* arah*Nisan inamdin* m*Silim-Bêl ina* an*Sin* an*Marduk itteme kî* arah*Nisan iḳtatû adî KU-MUḪ ana* m*Nabu-aḫê-iddin iṭṭira* = unam tiaram (?), quae 3 siclos fert (i. e. constat), Nabu-aḫê iddin servo Silim Bel mutuam dedit. Mense Nisan eam reddet. In deos Sin et Šamaš iuravit, se, si mensis Nisan praeterierit, tiaram (?) solutarum esse"[1]).

Eodum modo quo liberi in credito domum (Nbd. 605; Camb. 54), etiam alium servum pignus accipere poterant; Nbd. 526: $^1/_3$ *8 šiḳlu 2 ḳatati kaspu ša* m*Nabu-utîri ḳalla ša* m*Itti-Marduk-balaṭu ina muḫḫi* m*Silim-Bêl ina* arah*Nisan ša šattu 13KAN* m*Nabû-na'id šarri Babili kaspa ina ḳaḳḳadišu inamdin* m*Luṣ-ana-nûri ḳallašu maškanu ša* m*Nabû-utîri* = „$^1/_3$ minam 8 siclos argenti Nabu-utiri, servus Itti-Marduk-balaṭu, viro Silim-Bel credidit. Mense Nisan anni tredecimi Nabonedi, regis Babylonis, pecuniam in summa reddet. Luṣ-ana-nuri, servus Silim-Bel, pignus Nabu-utiri est".

Et omnia alia negotia a servis agebantur. Cum domos et agros etiam conducere possent, eos in domini domo habitare non semper necesse fuisse videmus; Nbd. 1013; L. 24; *zîru zaḳpi ša*

---

1) Ad vestium locationem cfr. Nbk. 106, 1 sqq.: *ûm 1 KAN ša* arah*Addaru* m*Šum-ukîn KU-KUR-RA ša* m*Šar-ukîn ša* m*Nadin iššû* m*Šum-ukîn inašâma ana* m*Šar-ukîn inamdin kî ûm 1 KAN ša* arah*Addari lâ iddannu 4$^1/_2$ šiḳlu kaspi šîmu KU-KUR-RA ana* m*Šar-ukîn inamdin* = „unam vestem KU-KURRA (v. s.) viri Sarukîn, quam Nadin abstulit die primo mensis Adar Sum-ukîn secum feret et reddet viro Sar-ukîn; nisi reddet die constituto, 4$^1/_2$ šiclos, praetium vestis, Šum-ukîn viro Sar-ukîn dabit."

2) Hac expressione et $^1/_3$ (mina) 8 sicli et 8$^1/_3$ sicli significari possunt; cfr. Tallqvist a. a. O. p. 8, W.Z.K.M. IV, 114, Zehnpfund B.A. I, 516. Hoc loco certe $^1/_3$ mana 8 sicli exprimi debent, quod servum maxime $^1/_3$ mina oppigneratum esse supra vidimus.

ultu kîšad nâru Banitum ša šiddu m Bel-iṣbat mâršu ša m Pir'u šiddu m Iddin-Nabû maršu ša m Zuzia u šiddu mâri ša m Nabû-šar-ibni u m Iddin-Nabu maršu ša m Zuzia ša m Marduk-naṣir-apli u aḫêšu mârê ša m Itti-Marduk-balaṭu mâr m Egibi akî (?) *aḫi zitti ša m Bêlit-ereš maršu ša m Šamaš-uballiṭ m Marduk-naṣir-apli ana zaḳipanûtu? ana 5 šanâti ana šatti 38 GUR suluppi 96 . . . 38 tuḫalla 38 gipû manguga LUD dariku ana m Sin-ibni ḳalla ša m Marduka* (!) *iddin* = „ager, palmis obsitus, usque a ripa fluminis Banitum et contingens primo latere cum agro Bel-iṣbat, secundo cum agro Iddin-Nabu, tertio cum agris filii Nabu-šar-ibni et Iddin-Nabu, quem Marduk-naṣir-apli et fratres, filii Itti-Marduk-balaṭu et secundum partem sua Bel-ereš, Marduk-nasir-apli igitur ad colendum ea conditione, ut per annum 38 GUR frumenti, 96 . . . 38 palmularum semimaturarum, 38 . . . unum vas dariku appellatum daret, Sin-ibni, servo Marduka, collocavit".

Nisi unus servus satis pecuniae negotio faciendo habebat, duo se coniunxerunt societatemque fecerunt; Camb. 31, 1 sqq.: *m Banîtum ḳalla ša SAL Bania m Nêrgal-aḫe-uṣur ḳalla ša SAL Damḳâ ultu ûm* [*1 KAN?*] *ša araḫ Nisan itti* [*aḫameš*] *ušuzzu mimma mala ippušu aḫames* [*izuzzu?*] = „Banitum, servus Bania, et Nergal-aḫi-aṣur, servus Damḳa, a primo die mensis Nisan se coniunxerunt. Omnia, quae merebunt, inter se divident". Interdum etiam ingenuus vir cum servo societatem fecit; Nbd. 71, 7: *êlat rašûtu ša m Iddin-Marduk u m Nergal-rišûa ina muḫḫi m Nabu-dîni-êpuš* = „accedit creditum, quod Iddin-Marduk et servus eius (cfr. l. 1 ssq.) Nergal-riṣûa viro Nabu-dîni-epuš mutuum dederunt".

Idem demonstrat Nbd. 786, 1 ssq.: 1/3 *šiklû kaspi*[1]) *ša ina ištên siḳlu bitḳa nuḫḫutu ša m Nabu-aḫê-mušallim m Bêl-iddin m Nabu-mukîn-apli ina muḫḫi m Bêl-aḫe-iddin u m Ṣilli-Bêl ḳalla* [*ša*] *m Iddin-Marduk ina araḫ Nisan inamdinu išten pût šani našû* = „1/3 siclum, siclatim partitum . . . ., Nabu-aḫi-mušallim, Bel-iddin, Nabu-mukín-apli viris Bel-aḫé-iddin et Ṣilli-Bel, servo Iddina Marduk, mutuum dederunt. Mense Nisan reddent. Alter alterius praes est". Huc etiam spectat contractus, qui Camb. 43 editus est: *1 mana 17 šiḳlu kaspi ša* [*m Itti-Marduk-balaṭu*] *ina muḫḫi m Bêl-iddin ša m Bêl-iddin ana epêšanûtu ša m Nergal-*

1) Num siclus recte est? cfr. W.Z.K.M. IV, 116.

riṣûa ḳalla ša ᵐItti-Marduk-balaṭu iddinu idi bîtâti ᵐItti-Marduk-balaṭu adî ḳiti šanâti .... ina ḳatâ ᵐNergal-riṣûa ikkal ina ḳiti šanâti ša ᵐNergal-riṣûa kaspu 1 mana 17 siḳlu ᵐBêl-iddin ana ᵐItti-Marduk-balatu inamdinma ᵐNergal-riṣûa ina pâni ᵐBel-iddin umaššar =, 1 mina 17 sicli argenti Itti-Marduk-balaṭu crediti viro Bel-iddin, quod ille Nergal-riṣûa, servo Itti-Marduk-balaṭu, ad domos aedificandas dedit. Collocatione domorum Itti-Marduk-balaṭu usque ad finem annorum.... fruetur per Nergal-riṣûa. Sin fine annorum viri Nergal-riṣûa(?) Bel-iddin 1 minam 17 siclos viro Itti-Marduk-balaṭu reddiderit, Nergal-riṣûa domos viro Bel-iddin concedet[1]."

Et aliis modis domini servis pecuniam dederunt ad negotia facienda, quibus ipsi maximum quaestum ceperunt; Nbd. 572, 1 ssq.: *5 mana kaspi u 30 dannû(?) rîḳûtu ṣa ᵐItti-Marduk-balaṭu u ᵐMarduk-šapik-zer ina muḫḫi ᵐKurbat-Nabû-ṣabat (?) ḳalla ša ᵐNabu-aḫi-iddin u ᵐNabu-dîni-epuš ḳalla ša ᵐMarduk-šapik-zêr ana girri mimma mâla ina âli u ṣêri ina muḫḫi ippuša ᵐItti-Marduk-balaṭu u ᵐMarduk-šapik-zer aḫâtašunu ᵐKurbat-Nabu-ṣabat u ᵐNabû-dînim-epuš ina našparti ša illaka akalu ina libbi ikkalu u muṣiptum ina libbi ikkatimu êlat udê bîti ša ina pânišunu* = „5 minas argenti et 130 dolia[2]) inania Itti-Marduk-balaṭu et Marduk-šapik-zer servis Kurbat-Nabu-ṣabat, servo Nabu-aḫi-iddin (patris Itti-Marduk-balaṭu) et Nabu-dini-epuš, servo Marduk-šapik-zer, ad societatem faciendam crediderunt. Omnia, quae in urbe et ruri merent, communia sunt viris Itti-Marduk-balaṭu et Marduk-šapik-zer. Kurbat-Nabu-ṣabat et Marduk-šapik-zer ex mandato, quod ineunt, cibum edere et vestibus se vestire possunt; accedit supellex, quae est in eorum potestate."

---

1) Ex fine huius inscriptionis et lineis mutilatis 9—11, quas vertere non audeo, elucere videtur etiam Nergal-riṣûa huius negotii participem fuisse.

2) Delitzschii explicationem, *dannu* esse adiectivum, cui supplendum sit *diḳaru* recte esse, K. 55 demonstrat, ubi Rev. 13 sqq. legitur:

IM-DAN = *aḳ-ru*
IM DAN-GA = *aš-ṭu*
IM DAN-GA = *i-šik-ku*
IM DAN-GA = *dan-nu*
IM DAN-GA = *su-šik-ku.*

Qua re *aṣṭu* etiam = „magnus" radicaliter non „complicatus" est et a radice עשי derivandum; cfr. Lyon, Sarg. pag. 15.

Eidem domini etiam Nbd. 656 servo Nabu-dîni-epuš unam minam dant, ut ea feneraretur.

Omnino servi libenter ad gravia sordidaque negotia adhibebantur, quae ipsi domini non subire cupiebant. E. g. secundum Camb. 257 Daian-bêl-uṣar summam pecuniae aperte infirmissimam exigere debet: *ina uiltim (?) ša 500 GUR suluppi 4 GUR ŠE-BAR rašûtu ša* m*Itti-Marduk-balaṭu ina muḫḫi* m*Ḫabaṣiru u eḳilšu zaḳpu u pî šulpû maškanu ṣabtu ina libbi 69 GUR 2 AŠ suluppi u 3 GUR 2 AŠ ŠE-BAR imittu ina šattu 4KAN* m*Daian-bêl uṣur ḳalla ša* m*Itti-Marduk-balaṭu ina Katâ* m*Ḫabaṣiri maḫir* = „a postulato 500 GUR palmularum et 4 GUR frumenti, credito Itti-Marduk-balaṭu in Ḫabaṣiru, cuius loco ager palmis consitus et . . , . oppigneratus est, Daian-bel-uṣur, servus Itti-Marduk-balaṭu, 69 GUR 2 AŠ palmularum et 3 GUR frumenti . . . . anno quarto a Ḫabaṣiru accepit."

4. Num saepius eveniret, servos multos tantas opes quam Nabu-utiri (v. s.) sibi comparasse, iam rebus modo explicatis non verisimile esse videtur. Multis enim negotiis, quae servi suo nomine egerunt, de facto nihil nisi procuratores dominorum erant. Apochas habemus, quibus servi ipsi creditum suum accepisse (Nbk. 250; Cyr. 27; Camb. 127.) aut, ut terminus technicus est, suis modiis mensuram factam esse (Camb. 54.) testificantur; sed tum communiter parvae sunt summae. Contra indicatur, creditum servi in domini domo ei reddendum esse; L. 127; Camb. 164; *6 GUR 3 PA ŠE-BAR ša* m*Daian-bêl-uṣur ḳalla ša* m*Iddin-Marduk ina muḫḫi* m*Itti-Marduk-balaṭu ina* arah*Simanu ŠE-BAR 6 GUR ina Babili ina bîti* m*Iddin-Marduk inamdin* = „6 GUR 3 PA frumenti Daian-bêl-uṣur, servus Iddin-Marduk viro Itti-Marduk-balaṭu mutuum dedit. Mense Sivan 6 GUR frumenti Babylone in domo Iddin Marduk reddet." Etiam exstant contractus, quibus constituitur, creditum servi domino reddi debere; Camb. 343, ssq.: $^1/_3$ *mana kaspi ša* m*Bêl-išdia-ukîn ḳalla ša* m*Itti-Marduk-balaṭu ša ina muḫḫi* m*Šaḫû u* m*Ṭâbtum ummišu adî* arah*Šabaṭu šatti 6KAN kaspa* $^1/_3$ *mana u ḫubullâšu* m*Šaḫû ana* m*Itti-Marduk-balaṭu iṭṭir* = „$^1/_3$ minam argenti Bel-išdia-ukin, servus Itti-Marduk-balaṭu, viro Šaḫu et Ṭabtu matri mutuam dedit. Mense Šebat anni sexti Šaḫû $^1/_3$ minam et usuras viro Itti-Marduk-balaṭu dabit." Similiter se habet contractus Cyr. 337, quo servo ager oppigneratus est; postea autem

ei nomen domini substituitur: *zîru ša irat abulli* an*Zamama piḫat Babili ša kûm rašûtu ša* m*Nabû-êreš ša daianê ina duppi êlî* SAL *Esaggil-bêlit išturuma ana* m*Nabû-êreê iddinû u ziru šuatim ina pâni* m*Nabû-utîri ḳalla ša* m*Itti-Marduk-balaṭu maškanu iškunu arki* SAL*Esaggil-bêlit ana* m*Itti-Marduk-balaṭu taḳbi umma zirua ša ina ḳatâ* m*Nabu-êreš maškanu ṣabtatu ḳîstu ḳîšamma umma eḳlê luddakkâma ziru šuatim panika lidgul* m*Itti-Mârduk-balaṭu 10 šiklù kaspi ḳîštu ana* SAL*Esaggil-bêlit iḳîš* SAL *Esâggil-bêlit ummu ana* m *Itti-Mârduk-balaṭu taddin u ziru šuatim ina panišu tundašar ana lâ ênê* SAL *Esaggil-bêlit šaṭâri tašṭurma ana* m*Itti-Marduk-balaṭu taddin* = „Ager prope portam Zamama situs, in provincia Babylonis, de quo iudices loco crediti Nabu-ereš tabulam contra Esaggil-belit scripserunt et viro Nabu-ereš dederunt; et agrum hunc Nabu-utiri, servo Itti-Marduk-balaṭu, pignus dederunt. Postea Esaggil-bêlit viro Itti-Marduk-balaṭu dixit: „ „Agrum meum, qui viro Nabu-ereš est oppigneratus, dona mihi, matrem [1]) agrorum dabo tibi et agrum hunc tibi cedam [2]). Itti-Marduk-balaṭu feminae Esaggil-belit 10 siclos donavit eaque illi matrem agrorum dedit et agrum cessit. Hoc pactum, ne quis irritum faceret, Esaggil-belit scriptum confecit et viro Itti-Marduk-balaṭu dedit.“ [3]).

5. Interior et familiaris vita nova Babylone non valde beata fuisse videtur; saepius enim uxores nobis occurrunt cum liberis sine marito (Nbd. 765; Nbk. 201). Qua re matrimonio non saepe sed plurimum amore libero servos cum servis coniunctos fuisse conicere possumus, quamquam illud quoque fiebat. (Nbd. 838.)

De servis mercenariis.

Servi mercenarii ad id tempus erant in usu, sed non tanto in numero quam antea. Praesertim templorum magistratus, quibus interdum multi operarii opus erant, haud raro liberos conduxerunt. Commemoratur, eos ad „*mušannitu ša gilušu*“ (Nbd. 770; 1080.) aut „*dulla êpêšu*“ = „operam facere“ fuisse

1) Quid „mater agrorum“ significet non clarum est; cfr. talm. אֵם caput alicuius rec. Dubito num „fructus“ (Ertrag) sit. An *rupšu* = latitudo legendum sit?

2) Haec forma loco *ludgul* est, quae esset regularis.

3) Hic contractus prisco modo conscriptus est; quod ita esse demonstratur (cfr. etiam mutatio ט et ת in verbo *ištur*), testes vocabulo *pani*, ut temporibus palaeobabylonicis et assyrii regni, introduci.

conductos; Nbd. 804: *ama-gar-ru-tu*[1]) *ša dullu ina elî bit anGula ippušu l. 10: napḫar 10 ṣâbê ša ina pâni mŠamaš-uballiṭ arad ekalli* = „servi mercenarii, qui operam in templo Gula facere debent. Unâ 10 homines, qui sunt in potestate Šamaš-uballiṭ, servi palatii.“


Merces illis temporibus minima erat. Nbd. 913 ½ siclus quattuor servis mercenariis datur et Cyr. 278 pater proprium filium 4 siclis pro anno collocat: *mZamama-šum-uṣur mNabû-bullitsu mârašû ana idišu ana šatti 4 šiḳlu kaspi ina pâni SALŠe-bit(?)-ta-a ḳallat sa mŠulâ ušaṣbat* = „Zamama-šum-uṣur, filium suum Nabu-bulliṭsu 4 siclis pro anno conductione feminae Šebitta, servae Šula, tradidit.“

Parvum illud praetium aliqua ex parte explanatur, quod domini ut antea mercenarios alere et vestire debebant.


Ceterum eadem iura eis fuisse videntur quam liberis; apparent quidem testes (Nbd. 69; 142.) et negotia propria conficiunt. (Camb. 319.)


1) Haec sola adhuc inventa scriptio phonetica ideogrammatis *KU-MAL* est. Num ea de caussa signo *GAR* etiam valor soni syllabae „*gir*“ tribuendus est? Loci duo a Tallqvist (a. a. O. p. 32) citati Nbd. 137, 9; 721, 3 huc non pertinent, quod *amêlKU-KAL-KAL* legi debet; cfr. W.Z.K.M. IV, 125.

1. B. 51.




2. Bu. 88-5-12, 215.






V. A. Th. 646. 647.




3.




1. intus omissum. 2 intus praeterea [illegible]. 3. [illegible].


4. [illegible]. 5. [illegible] 6. intus erasum.


V. A. Th. 643.





V. A. Th. 967.




Rev.

THESES.

1. Literae בגדכפת in lingua assyriaca aspirate pronunciari possunt.
2. In fabula de Alexandro rege et praecipue in itinere ad vitae fontem reliquiae Gilgami epopoeae babylonicae continentur.
3. Mand. נומביא non est vocabulum exterum (Nöldeke, Mand. Gram. p. 266), sed idem atque assyr. *nubû* (syn. *ḳubbû* = lamentatio; II R. 7, 44, gh. = V. R. 39, 49 gh.)
4. Suffixum verbale personae secundae feminini pluralis in lingua assyriaca est *kinaši* (IV^2 R, 29*, 13b).
5. Vox *šauteph* in lingua syriaca est vocabulum exterum ab assyriaco *am.šutapû* (= socius, Nbk. 116, 4) depromptum.

VITA.

Bruno Ernestus Meissner natus sum Graudentiae d. XXV. m. Apr. anni h. s. LXVIII, patre Davide, mercatore, matre Ernestina e gente Lutterkorth. Fidem profiteor evangelicam. Gymnasium graudentianum per decem annos et dimidium frequentavi. Anni LXXXVIII h. s. tempore vernali in numerum civium academicorum receptus per unum annum Lipsiae, per secundum Berolini, per tertium Argentorati in studia orientalia incubui scholasque professorum Barth, Budde, Francisci Delitzsch, Friderici Delitzsch, Dieterici, Euting, Jensen, Kleinert, E. Koenig, Krehl, Nöldeke, Nowack, Sachau, Schrader, Strack, Wundt, Ziegler frequentavi. Quibus viris doctissimis gratias quam maximas habeo semperque habebo.